IURISTA ROMANO-CATHOLICUS, ID EST, IURIDICA ROMANÆ CATHOLICÆ...

Cornelius : von Rynthelen, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 A
36

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

53-C-18

53-5-17.

13.18.C.37

Digitized by Google

Digitized by Google

IVRISTA ROMANO-CATHOLICVS,

Ideſt,

IVRIDICA ROMANÆ CATHOLICÆ

FIDEI CONFESSIO, QVA CLARISSIMIS IVSTINIANI MAXIMI IMPERATORIS ANTE MILLE ET PLVRES ANNOS PVBLICATIS LL. præcipua SS. Romanæ Eccleſiæ hodie controuerſa dogmata apertè probantur, Sectariorum verò, i. Lutheranorum, Caluiniſtarum & Anabaptiſtarum, &c. errores damnantur,

AVTHORE

CORNELIO à RYNTHELEN, IC. ET ADVOCATO Duſſeldorpienſi.

Legum authoritas diuinas atq; humanas res bene diſponit.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Stephanum Hemmerden.
ANNO M. DC. XVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

D. GVILHELMO VVOLFGANGO,

COMITI PALATINO AD RHENVM, BAVARIAE, IVLIAE, Cliuiæ ac Montium Duci,

Domino ſuo Clementiſsimo.

CVM permulta ſint, SERENISSIME PRINCEPS, clariſſima facinora, diuinęque virtutes, quę in Veſt. Celſit. veluti in concētu relucent, quibus facilè omnes in amorem atq; admirationem pertrahit, adeoque toti ſe iam orbi terrarum admirabilem effecit, tum ſanè illud eſt ſingulare, ac penè mira-

Digitized by Google

culoſum, quòd nuper ſectâ Lutheranorum palàm repudiatâ ad vnitatem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ nunquam gremium claudit redeuntibus, *l. inter claras 8. §. liquet circa fin. C. de ſumma Trinitate*, reuerti voluerit. Nimirum ſenſit in PRINCIPE rectam fidem lumine clariore fulgere, *dict. l. inter claras princ.* imò primum ac maximum bonum eſſe, veræ & immaculatæ Catholicæ fidei rectam confeſſionem credere. & meritò; ſi enim, quod ait Imperator *in Nouella 115. cap. 3. §. 14. in fin.* pro corporalibus cogitamus, quantò magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda. Vix eſt, quod humana mens exprimere poſſit, quanto gaudio nos Catholicos iſte Veſt. Celſitud. fidei ardor, mentis deuotio ac integræ Religionis ſtudium affecerit. lugebamus omnes immatura fata Catholici Principis IOANNIS GVILHELMI fœlicis memoriæ: Ecce Deus, in cuius manu eſt cor Principis, qui, quò vult, illud inclinat, *d. l. inter claras princ.* luctum noſtrum in gaudium conuertit, nobiſque Catho-

Digitized by Google

tholicum Principem, Principem longè deſideratiſſimum, ſempiternâ laude dignum reſtituit. Quod dũ cogito, cogito autem ſępiùs, in ſignum addictiſſimi, ſubiectiſſimiq; animi nonpotui nõ Veſt. Celſitud. hanc meam lucubratiunculam humilimè offerre, vt ſanè ceu in ſpeculo conſpiciat, noſtram, quam apprehendit, ac ſingulari deuotione & pietate illuſtrat, religionem, non tantùm iure diuino ac canonico, ſed etiam ciuili ante mille & plures annos clariſſimis publicatis LL. demonſtrari, & ſic omni iure ſectariorum errores damnari. Nec fidem Romanam eſſe recentem, nouellam, adeoque à noſtris Antiſtitibus confictam aut compoſitam, nobiſque miſeris & bardis hominibus obtruſam, quod ſomniant ſectarij, ſed eſſe veram illam ac vetuſtiſſimam, à Petro Apoſtolo atque Proto-Papa nobis inſinuatam, & vſque adhuc continuatam fidem. Imò hinc refutatur communis ſectariorum error exiſtimantium, poſt Gregorium Maximum, Imperatorem Phocam primùm Pontifici primatum detuliſſe, inde Antichriſtum

Digitized by Google

in Eccleſia natum omnem errorem, omnemque idololatriam ſupplantaſſe, adeoque primitiuam Apoſtolicam Eccleſiam omninò defeciſſe, inuiſibilemque factam fuiſſe, vt & illa ſectariorum Iureconſultorum falſa opinio: quemlibet licentiam habere ſectandi atque credendi, quid velit: modò politico obediat Magiſtratui, ſitque tranquillus, ac viuat in pace. Tales & plures innumeri errores ſectariorum iſto refutantur opuſculo, ex veneranda iuris antiquitate deprompto. Hinc nihil moror, qui hoc meum ſtudium calumniari ac proſcindere non erubuerint, quod homo ſim ſecularis, ad forum magis, quàm Eccleſiam natus, meque alienis immiſcere rebus, quia permanſi intra fines profeſsionis meæ, & nihil præter ius ciuile, apud omnes tam Catholicos, quàm ſectarios notum, allegare volui. Quod ſupereſt, Sereniſſ.mæ Celſitud. totique Sereniſſ.mæ Veſtr. domui perpetuam precor fœlicitatem, ſuarumque ditionum victorioſam dominationem, me-

meq́ue humilimè commendo. Duſſeldorpij ipſis Calendis Ianuarij, 1618.

V. Sereniſſ.ᵐᵃ Celſ.

addictiſſimus

CORNELIVS à RYNTHELEN D.

Digitized by Google

ELENCHVS
CAPITVM.

1. De electione ſacræ Scripturæ. pag. 1.
2. De Enthuſiaſtis hæreticis. 3
3. De interpretatione ſacræ Scripturæ. 4
4. De Traditionibus 5
5. De Chriſtianæ Fidei Symbolo. 11
6. De Fide Catholica, id eſt, Vniuerſali. 16
7. De ſanctißimis EPISCOPIS ac PATRIBVS, qui Catholicam fidem prædicauerunt. 19
8. De Vnitate Catholicæ Romanæ Fidei conſeruanda, non immutanda. 21
9. De Romana Eccleſia quòd ſit fons Sacerdotij, & Sedes S. Petri. 23
10. De primatu D. Petri. 24
11. De D. Petro quod fuerit Romæ. 25
12. De primatu Romanæ Eccleſiæ. 26
13. De Romano Pontificatu & primatu Romani Pontificis, & quod ſit ſucceſſor D. Petri 26
14. Romanam Eccleſiam errare non poſſe. 30
15. Romanum Pontificem eſſe iudicem controuerſiarum Fidei. 31
16. De diſputatione Religionis. 37
17. De libertate Religionis. 41
18. De Sacris Apoſtolicis regulis ſiue canonibus. 44.
19. An Eccleſia Conſtantinopolitana ſit ſubiecta Romanæ. 45
20. De voce Papæ atque Pontificis. 50
21. De titulo Summi Pontificis. 50

22. De

Digitized by Google

22 *De oſculo pedum Summi Pontificis.* 54
23 *De Iuriſdictione Summi Pontificis.* 55
24 *De Eccleſiaſtico Anathemate.* 56
25 *Quod Princeps Romanus confirmabit ſententias & Anathemata Pontificum.* 58
26 *De Donatione Conſtantini Imperatoris facta Sylueſtro Papæ.* 59
27 *De Concilijs.* 60
28 *De Iure conuocandi Concilium.* 63
29 *An penes Imperatorem ſeu Laicos ſit facultas definiendi in Concilijs vniuerſalibus.* 64.
30. *De viſibilitate Eccleſiæ.* 68
31. *De Ordinatione.* 70
32. *Ordinatio ſacra quid ſit.* 73
33. *De Eccleſiaſtica hierarchia, & varijs Eccleſiæ adminiſtrationibus.* 76
34. *De foro perſonarum Eccleſiaſticarum* 79
35. *De differentia Ordinis & Plebis.* 83
36. *An ex plebe ſeu populo petendus Epiſcopus.* 84
37. *An laici ius ſuffragij habeant in eligendo & nominando Epiſcopum.* 86
38. *Quòd Epiſcopi iure poßideant territoria.* 89
39. *De pœna expellentis territorio & priuilegijs Epiſcoporum, necnon cumulatione beneficiorum.* 89
40. *De muneribus Eccleſiaſticis.* 91
41. *De œconomis, Cimiliarchis, & Apocriſarijs.* 94
42. *De Clericis Canonicis, atque eorum Eccleſiaſticis reditibus.* 96
43. *De continentia & caſtitate.* 99

44 *De non ordinandis Digamis.* 101
45 *De cœlibatu Epiſcoporum.* 103
46 *De cœlibatu Clericorum, Monachorum atq; Monialium.* 105
47 *De dignitate virginitatis.* 111
48 *De perpetua virginitate glorioſæ virginis.* 113
49 *De Monachis.* 113
50 *De votis Monaſticis* 117
51 *De gradibus officiorum Monaſticorum.* 119
52 *De tonſura & habitu Religioſorum.* 120
53 *De Eremitis.* 121
54 *De Monialibus.* 122
55 *De his qui inuitis parentibus monaſterium ingrediuntur.* 124
56 *Matrimonium an monaſtica ſoluatur profeſſione.* 126
57 *An olim monaſteria proprias habuerint Eccleſias, & altaria.* 128
58 *Encomium vitæ monaſticæ, & de eiuſdem merito.* 130
59 *Quid ſentiendum de malis Monachis atq; Sacerdotibus.* 132
60 *De pœna Monaſterium vel Eccleſiam deſerentis.* 133
61 *De pœna rapientis ſeu attentantis ſacram virginem.* 135
62 *De Magiſtratu ciuili.* 136
63 *De Principe Romano, quod debeat eſſe Catholicus* 140
64 *De defenſione.* 141
65 *De Bello contra Turcas, Saracenos, hæreticos.* 142

66. De

66 *De Iudæis.* 144
67 *De Filijs Iudæorum baptizandis.* 147
68 *De Chriſtianis Iudaizantibus.* 149
69 *De Paganis & Saracenis.* 151
70 *De hæreticis, & quis talis dicatur.* 152
71 *De cognominatione & moribus hæreticorum.* 154
72 *De fide hæreticis ſeruanda.* 159
73 *De illicitis hæreticorum conuenticulis.* 162
74 *De Eccleſiis orthodoxis hæreticis non concedendis, neq; alienandis, aut occupandis monaſterijs* 165
75 *De hæreticorum ſpeluncis, quod cedant Catholicis.* 167
76 *De fugienda hæreticorum conſuetudine & libris eorum cremandis* 168
77 *De puniendis & expellendis hæreticis.* 170
78 *De parentibus & liberis hæreticis, quod exhæredari, neq; ex Teſtamento, neq; ex inteſtato ſuccedere debeant.* 175
79 *De Vbiquitarijs.* 180
80 *De Anabaptiſtis.* 181
81 *De nouis Donatiſtis, Manichæis, Nouatianis.* 184
82 *De hominibus Atheis.* 192
83 *De ſtatuis & ornamentis ſepulchrorum, & cadaueribus inueſtitis ſepeliendis.* 193
84 *De exequijs & elationibus funerum ibidemq; adhibitis ſolemnibus.* 195
85 *De memorijs defunctorum, orationibus & ſatisfactionibus viuentium pro defunctis. Item de Purgatorio.* 198

86 De ſanctis canonizatis 201
87 De veneratione & inuocatione Sanctorum. 202
88 De martyrio Sanctorum. 205
89 De reliquijs Sanctorum. 206
90 De religioſis peregrinationibus, ac de Votis. 207
91 De ſigno Crucis, & ſacris imaginibus. 209
92 De diebus feſtis. 212
93 De ſacris baſilicis. 214
94 De Aſylis Eccleſiarum. 217
95 De fundatione, prima conſecratione, ac auſpicio ædificandarum Eccleſiarum. 219
96 De Maioribus, quare tot Eccleſias, atq; Monaſteria exſtruxerint. 221
97 In ædificatione Eccleſiarum quid conſiderandum? 223
98. De ſacro-ſanctis altaribus, & ſacra communione. 225
99 Sacram communionem eſſe adorandam, & de communione panis. 228
100. De ſacrificio Miſſæ. 230
101. De crimine ſacrilegij, vel his, qui ſacra miniſteria, & ſacerdotes perturbant. 234
102 De Eccleſiarum choris, necnon horis canonicis 237
103 De Oratione 241
104 De latinis Eccleſiæ precibus 243
105 De publicis Litanijs & ſupplicationibus. 247
106 De Oblationibus, quæ fiunt ſanctiſsimæ Eccleſiis. 249
107. De non alienandis rebus Eccleſiæ. 252

Digitized by Google

108. *De annatis.* 255
109. *De ſacris Eccleſiæ vaſis & veſtibus.* 258
110. *De Eccleſiæ luminaribus.* 259
111. *De Prædeſtinatione.* 260
112. *Num Deus ſit auctor mali.* 263
113. *De decalogo.* 265
114. *De præceptis diuinis, quod poſſint ſeruari.* 266
115. *De fide & bonis operibus.* 271
116. *De Quadrageſima & ieiunio.* 276
117. *De Eccleſiæ Sacramentis.* 277
118. *De Sacramento Confeſſionis* 279
119. *De matrimonio ſine conſenſu parentum conſummato* 284
120 *De polygamia* 287
121 *An matrimonium ob alterius coniugis deſertionem ſoluatur?* 288
122 *De his, qui matrimonio ob adulterium ſoluto altera parte ſuperſtite contrahere volunt.* 289
123. *Concluſio.* 291
124 *Reſponſio ad argumenta Zoilorum.* 292

IN

Digitized by Google

IN TRACTATVM CLARISS. D. CORNELII RYNTHELEN I. V. D.

EPIGRAMMA.

HAćtenus armiſono crepitantia Ivra labello
Perſonat infelix Hæreſis, arte mala.
Ivra ſibi vult nata, ſacris adnata prophana,
Et credas, ni ſint arte negata, data.
Ivra negata ſibi dicat prognata, quid ergo? (bunt.
Arte mala latebras Ivra negata da-
Ivre ſacro latebras detećtas vidimus olim: (na patent.
Aſt nunc arte bona Ivra Propha-
Nec ſacra nata ſibi, data nec ſibi Ivra Prophana (bona.
Hac primùm edocta noſcat ab arte
Infelix ergo arte mala, felicior eſto (ta.
Arte bona, fac ſint Ivra negata da-

Ioannes Nopelius S. Th. Bacc. & Gymn. Laurent. Profeſſor canebat.

DE-

Digitized by Google

DECASTICHON
IN EVNDEM.

GEns malefida, fidem falſo te dogmate falſam
Conſtruere, an necdum gens malefida Vides? (*nant*
Omnia iura tibi iam ſunt contraria, dam-
Teſtes, ius triplex; teq́; tuamq́; fidem.
Hactenus errorum te conuicêre ſtatuta
Diuina, & canones: nec reſipiſcis adhuc?
Vnum reſtabat, tandem vt quoq; lite fo-
Ciuili caderet iudice, iure fides. (*renſi,*
Omnia te damnant diuina, humanaq́; iura:
Et nunc Cæſareo perdita cauſa foro eſt.

Stephan. Vvillenbrinch Vveſtphalus,
Gymn. Laurent. Profeſſor
poſuit.

AP-

Digitized by Google

APPROBATIO.

Iuriſta hic Romano-Catholicus Catholicæ & Romanæ Fidei conſentanea loquitur, ideoque, vt à pluribus audiatur, in lucem ire poteſt. Scriptum Coloniæ 11. Ian. 1618.

Henr. Francken Sierſtorpffius SS. Theol. D. Regens Gymnaſij Laurentiani, Librorum Cenſor.

C A-

Digitized by Google

CAPVT I.

DE LECTIONE SACRAE *Scripturæ.*

LECTIO Sacræ Scripturæ in quacunque lingua permittitur, & ſecundùm eius doctrinam viuere & conuerſari, *a* dummodo nos ipſos inſenſatis interpretationibus non tradamus, & à recta (*maiorum noſtrorum*) ſententia non diſcedamus *b*.

TEXTVS in Nouell. Conſt.146. vt liceat Hebræis ſecundùm traditam legem Scripturas Latinè, Græcè vel alia lingua legere &c. per tot. Nam ſi hoc permiſſum eſt Hebræis, cur non idem Chriſtianis? *& adde c.3.* Propterea enim, *inquit*, omnem eis vocem aperimus ad ſacrorum librorum lectionem, vt omnes de cætero eorum accipientes ſcientiam, doctiores ad melius fiant, re confeſſa conſtituta, paratiorem multo ad diſcretionem eſſe & ad melioris intentionem ſacris innutritum libris, & parum, quod deſit, habentem ad emendationem, quam ſcientiam quidem horum nihil, ſolo vero cultus inchoatum nomine, &

Digitized by Google

tanquam anchora retentum ſacra & doctrinam piam hæreſis appellationem eſſe putantem. *Et textus in Nouell. Iuſtin.144.c.2.* Vbi vult, quod Samaritani natu maiores non admittantur ad baptiſma, niſi prius per duos annos in fide inſtituantur, & pro viribus Scripturas ediſcant, *& textus in Nouell.133. Quomodo oporteat monachos viuere, &c. c.2.* (quod caput tamen de monachis loquitur) Monachi, *inquit*, rurſus ad cœnobium reuertantur, ibiq; ſedeant, magnum Deum honorent, & ſacris Scripturis incumbant.

Quatenus maiores baptizandi.

Plurimus itaque eſt horum librorum chorus (*bibliotheca*) & poſsibile eſt vnicuique animum corrigere atque rigare ſacris Scripturis, quas ſi frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas deſcendent ſolicitudines, &c. *Nouell. 5. princ.* vbi dicitur futuros monachos indigere diuinorum eloquiorum eruditione, *adde Nouell.7. De non alienand. aut permut. reb. Eccleſ. c. 11. ibi.* Sacris quippe lectis Scripturis. *Et textus in Nouell.141. De his, qui luxuriantur contra naturam c. 1. princ.* Scimus, *inquit*, ſacris Scripturis edocti, &c. Imò ipſe Imperator allegat ſacram Scripturam, *Nouel.137.c.6. dict. Nouel.141. C. inter claras 8. per tot. C. de Summa Trinit. & fide Catholica. Nouell.57.c.2. Nouell. Conſt.77. Nouell.133.c.5. & paßim.*

Lectionis ſacræ vtilitas.

Iuſtinianus allegat ſcripturas.

b Dict. Nouell.146. in princ. quò fit, vt multa ad ſimpliciorum perditionem quotidiè excogitentur *d. Nouell.146. cap.1. iuxta fin.* Hinc ſumme laudantur Diuus Baſilius, & Gregorius Nazianzenus, (quemadmodum illud deſcribit Euſebius, *lib.2.ca. 9. hiſtor. Eccleſiaſt*) quod diuinarum Scripturarum intelligentiam non ex propria præſumptione, ſed ex maiorum ſcriptis & authoritate ſequebantur: quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſsione intelligẽdi regulã ſuſcepiſſe conſtabat. Item nota Translationem

Perditio ſimpliciorum vnde.

Digitized by Google

tionem Bibliorum à 70. Interpretibus factam omnibus certiorem eſſe, & præ alijs meliorem iudicatam. Nouell. 146. c. 1. Vbi nec reijcitur Interpretatio Aquilæ, licet in aliquibus ſermonibus cum dictis interpretibus incompetentem habeat diſſonantiam. Cæterum breuitatis gratia 70. Interpretatio dicitur cum 72. fuerint, eadem ratione qua centum viri appellabantur etiamſi eſſent 105. ex ſingulis tribubus terni.

De translatione Bibliorum.

CAP. II.

DE ENTHVSIASTIS hæreticis.

HINC damnantur Enthuſiaſtæ Hæretici, qui externa Verbi Dei prædicatione & ſacrarum Scripturarum lectione neglecta, ementitis reuelationibus nituntur.

Textus in l. Ariani 5. C. de hæreticis & Manichæis. Et hæc hæreſis adhuc hodiè inuenitur in Polonia, Hollandia, & alibi; *Malleus hæretic. lib. 2. in append. cap. 7. fol. (mihi)* 496.

Enthuſiaſmus vbi hodie in vigore.

Denique Enthuſiaſmum, inquit, etiam amplectuntur (nonnulli in Lituania) iubenteſque probare quemlibet Spiritum & interpretationes Scripturæ, an ex Deo ſint, arbitrariam cuilibet fidem ſiue opinionem de dogmatibus relinquunt.

Hanc hæreſin plerunque hodiè ſequuntur Anabaptiſtæ, Schvvenckfeldiani. Nam hi vnicæ fidei, remotis repagulis, ſua ſomnia & Enthuſiaſmos cęperunt iactare, qui totum, inquit Palladius, verbi miniſterium reijciunt, & more Anabaptiſtarum Scripturarum authoritatem confringunt & conculcant,

culcant & Chriſtum è cœlo corpus attuliſſe, aliáque impij animi portenta effutiunt.

CAP. III.

DE INTERPRETATIONE ſacræ Scripturæ.

Licentia autem ſacram Scripturam interpretandi non ſimul eſt penes omnes, ſed penes ſacerdotes.

1. *Nouella 6. Quomodo oporteat* Epiſcopos, *&c. in princip.&c.& c.4.in Verbo, tam ſacras orationes docentium, quàm* Eccleſiarum *&* Canonum *legentium libros*,&c.

Sacerdotes debent incumbere Scripturis.

Hinc ſedulo admonentur, vt ſacris Scripturis incumbant. *Nouell.* 133. *quomodo oporteat Monach. viuer.c.*2.& literas ſciant.*Nouell.*123.*c.*12.

2. Quis ſit Iudex in controuerſijs fidei.

Quod ſi vero de quodam fidei articulo ſit dubium recurritur ad S. Pontificem. *l. nemo* 4.*l.inter claras* 8.*C.de Sum.Trinitat.l.quoniam* 23. *C. de Epiſcop.*Et *cleric.* Nam quemadmodum Imperator ſolus interpretatur leges dubias. *l.*1. *& l.*9. *C.de LL.* Ita ſupremus Chriſti Vicarius atque Sacerdos ſolus interpretatur leges diuinas, ſi quando inter peritos ſuper ijſdem dubitatio exoriatur. *l. omni innouatione* 6. *C.de SS. Eccleſ.* Quo pertinet,quod eius ſit interpretari cuius eſt condere. Vid, cap. ſingular.1. Quod Roman. Pontifex ſit Iudex controuerſiarum fidei.

3. An ſacra Scriptura ſit clara.

Quod vero dicitur *indict.Nouell.*146.*c.*1. per lectionem ſacrorum librorum, clara eſſe, quæ dicuntur, non eum habet ſenſum, quaſi ſint clara omnia,quæ in ſacris Scripturis habentur,cum conſtet

ſtet

ſtet illam multa obſcura loca habere, ſed quod ſint in ſacris literis clara, quæ ab ipſo Iuſtiniano ibidem traduntur *in d. Nouell.146. princ.* nimirum eſſe neceſſarium, vt Iudæi ſacros libros legant, non quidem adhærentes ſolis literis, ſed ad reconditas eis Prophetias reſpicientes, in quibus ſatis clarè magnus ille Deus & Saluator generis humani Ieſus Chriſtus annunciatur.

CAP. IV.

DE TRADITIONIBVS Patrum.

PRæter ſacram Scripturam plura alia credimus, colimus, veneramur, vtpotè Apoſtolorũ & Patrum *Traditiones*, licet diſertè ſacris literis non contineantur.

I.

Probat id *l. cunctos.* 1. *in verb. ſecundùm Apoſtolicam diſciplinam, Euangelicamque doctrinam, &c. l. nemo* 4. *ibi. iuxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta Patrum, &c l cum rectæ.* 5. *princip. C. de Summa Trinitat.* Nos, *inquit*, ſequentes ſanctorum Apoſtolorum, & eorum, qui poſt eos in ſanctis Dei Eccleſijs conuerſati ſunt, dogmata, iuſtum fore exiſtimauimus cũctis manifeſtum facere, qualiter de fide, quæ in nobis eſt, ſentiamus, inſiſtentes & adhærentes traditioni & confeſsioni ſanctæ Dei Eccleſiæ Catholicæ *& textus in l. cum Saluatorem* 6. *princ. in verbis*: Aut prædicêt ſanctiſsimi eius (Eccleſiæ Catholicæ) Sacerdotes (Patres) quos & nos ſecuti, & cæt. *& l. cognoſcere.* 7. §. *Et reuerendiſsi-*

At poſt tempora Apoſtolorum nullibi Lutheri, vel Caluini dogmata practicata, &c.

Digitized by Google

diſſimi. 2. *ibid.* Sequentes ſanctorum Patrum Traditionem, &c cæt. *& l. inter claras.* 8. *ibi. ſecundùm Apoſtolicæ veſtræ ſedis doctrinam, &c. &* §. *liquet. de ſumma Trinitat.* Hæc eſt igitur, *inquit*, vera veſtra fides, hæc certa religio, hoc beatæ recordationis patres omnes, præſuleſque Romanæ Eccleſiæ, quos in omnibus ſequimur: hoc ſedes Apoſtolica prædicauit hactenus, & inconcuſsè cuſtodiuit; huic confeſsioni, huic fidei quiſquis contradictor extiterit, alienum ſe ipſe à ſancta communione, alienum ab Eccleſia iudicabit eſſe Catholica, &c. *& paſſim toto iſto titulo. Et in Nouell.* 6 *Quomodo oporteat Epiſcopos & reliquos clericos, &c. ait* Iuſtinianus: Benè autem vniuerſa geruntur, & competenter, ſi rei principium fiat decens & amabile Deo. Hoc autem futurum eſſe credimus, ſi ſacrarum regularum obſeruatio cuſtodiatur, quam iuſti, & laudandi, & adorandi inſpectores & miniſtri Dei verbi tradiderunt, Apoſtoli & Sancti Patres cuſtodierunt, & explanarunt. *& c.*1.§.8. Cópetens eſt, *inquit, (loquens de ordinando Epiſcopo)* venerabiles & vndiq; probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuiolata noſtra ſuſcipit fides, & Catholica Dei, Apoſtolicaque diſpoſuit & tradidit Eccleſia, &c. *Et paulò poſt*: A præcedentibus nos Imperatoribus & à nobis rectè dictum eſt, Oportere ſacras regulas pro legibus habere, & *ca.*4. dicitur, quod preſbyteri debeant tam ſacras orationes docere, quam Eccleſiarum & canonum libros legere, *& textus in Nouell.*131. *De Eccleſiaſt titul. c.*1. *in principio.* Sancimus igitur, *inquit*, vicem legum obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ à ſanctis quatuor Concilijs expoſitæ ſunt, aut firmatæ. *& Nouell.* 42. *in fin.* Hæc, *inquit*, pro cómuni pace ſanctiſſimarum Eccleſiarum ſtatuimus, hæc ſententiauimus,

Præſules Romanæ Eccleſiæ in omnibus ſequendi.

Ibi omnia bene geruntur vbi traditiones Patrum cuſtodiuntur.

Oportere ſacras regulas pro legibus habere.

Digitized by Google

mus,ſequentes ſanctorum Patrum dogmata, vt omne ſacerdotium imperturbatum de cætero nobis permaneat. *Et Nouell.* 58. *in verb. Et hinc fieri quadam Catholica & Apoſtolica Traditioni extranea*, &c. Vult eſſe extraneum Catholicæ & Apoſtolicæ Traditioni, domi celebrare ſacrificium Miſſæ. *Et in Nouell.* 109. *in princip. dicitur*, quod in Sancta Dei Catholica atque Apoſtolica Eccleſia omes concorditer ſanctiſsimi Epiſcopi Apoſtolicam prædicent fidem atque Traditionem. Et in Nouell.Conſt.83.*Vt clerici apud proprios Epiſcopos, &c.c.*1.ait Imperator eius leges non dedignari ſequi ſacras atque diuinas regulas,& canones. *Et l.* 45.*C.de Epiſcop.& cler.*Sacros,*inquit*,canones,non minus quam leges valere etiam noſtræ volunt leges, ſancimus obtinere in illis, & quæ ſacris viſa ſunt canonibus, perinde ac ſi ciuilibus inſcriptum eſſet legibus.*Et ividem infra*: Quod enim ſacri canones prohibent, etiam & nos per noſtras abolemus leges, &c. Hinc multa Imperator ſecundum ſacras regulas diſpoſuit.*Nouell.5.de Monachis c.2.Item cap.7.& cap.8. Nouell.79. c 1. Nouell 123.c. 2.§.1.c.9.cap.10.princ.c.22.& c.29.& Nouell.131.c.1. & cap.2. atque cap. 3. & paſſim.* Hinc Imperator Conſtantinus diem Dominicum ſanctum, & à Iudicijs & laboribus alienum in æternum conſtituit l.omnes Iudices 3.C.de ferijs, quod ipſum amplectuntur ſectarij,licet eius in ſacris literis nullũ extet veſtigium, ſed ex Traditionibus promanet. Et tamen nihil volunt credere,niſi quod in ſacris paginis expreſſum. Proh miſeri homines. Rectius Imperator. Sequimur,*ait*,ſacras regulas, & antiquos patres.*Nouell.133.princ.*Et Honorius & Theodoſ.Impp.in *l.2.de religion.C.Theodoſ.*Ea,*inquiunt*, quæ circa Catholicam fidem, vel ordinauit antiquitas, vel parentum noſtrorum authoritas reli-

Imperator ſequitur Canones & antiquos Pâtres.

glorioſa conſtituit, Nouella ſuperſtitione remota, integra & inuiolata cuſtodire præcipimus. Vnde qui ſacros obſeruant canones, Domini Dei potiuntur auxilio, & qui in hoſce præuaricantur, ij ſe ipſos condemnationi ſubijciunt. *Nouell.* 123. *in præfat. apud. Haloand.* & acriter puniuntur. Nam Nouella de ordinat. Epiſcoporum 137. *in princip.* Si ciuiles leges, inquit, quarum poteſtatem nobis Deus pro ſua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri, ad obedientium ſecuritatem ſtudemus, quanto plus ſtudij adhibere debemus, circa ſacrorum canonum & diuinarum legum cuſtodiam, quę ſuper ſalute noſtrarum animarum definitæ ſunt? qui enim ſacros canones cuſtodiunt, Domini Dei adiutorio digni ſunt, qui autem eos tranſgrediuntur, ipſi ſemetipſos iudicio reddunt obnoxios, Maiori igitur cōdemnationi ſubiacent ſanctiſsimi Epiſcopi, quibus concreditum & commiſſum eſt, & canones inquirere & conſeruare, ſi quod eorum prætermiſſum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Sanè cum hactenus canones obſeruati non rectè fuerint, diuerſas ex eo paſsi ſumus interpellationes contra clericos & Monachos, & quoſdam Epiſcopos, vt qui ſecundùm diuinos canones non viuerent, & quidam etiam inter eos inuenirentur, qui nec ipſam quidem vel *ſanctæ oblationis, vel ſancti baptiſmatis* orationem tenerent ac ſcirent. *& deinde c.1. ſic ait:* Si enim illa, quæ à laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquiſitionē & vindictam manere, quomodo à ſanctis Apoſtolis & patribus ſuper omnium hominum ſalute canonicè ſtatuta deſpici patiemur? Sanè multos ex eo maximè deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quod non factæ ſunt Synodi ſanctiſsimorū ſacerdotum, iuxta ea, quę à ſanctis Apoſtolis & patribus

[Margin note:] [T]empore [Iuſ]tiniani [f]uerūt quoque multi [i]ndocti Epiſcopi Clerici & Monachi non viuentes ſecū[d]ùm diuinos canones. Inde tamen perperam colligunt Sectarij, Catholicam Eccleſiam vel religionem non eſſe veram. Vide [infr]a quid [ſen]tiendum de malis Monachis, &c.

[Margin note:] Synodum neceſſitas atque vtilitas.

tribus

tribus definita ſunt. Si enim hoc fuiſſet obſeruatũ, quilibet metuens grauem in Synodo accuſationẽ, ſtuduiſſet vtiq; & ſacras ediſcere liturgias, & temperanter viuere, ne condemnationi diuinorum canonum ſubiaceret, &c. *textus in Nouell. 23. de appellat. c. 3.* Veneranda eſt, *inquit*, vetuſtatis authoritas. Adde *Ficklerum*: Si, *inquit*, in ciuili vita vim legis habet conſuetudo ratione inducta *iuxta l. diuturna D. de LL.* quanto magis in cauſis diuinis. In quibus enim ſcriptis LL. non vtimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus & conſuetudine inductũ eſt, *l. de quibus. Eodem tit.* & morem retinendũ eſſe fidelisſimæ vetuſtatis, Imperator ait *in l. teſtamenta C. de teſtament.* Multa ſiquidem in Eccleſia Dei ſeruantur, quorum ſi legem poſtules, ſcripturam nullam inuenies, vt cum Iureconſ. haud ineptè dici queat: Non omnium, quæ à maioribus noſtris cõſtituta ſunt, rationem reddi poſſe *l. non omnium. D. de LL.* Merito itaque Apoſtolus iubet, vt ſubtrahamus nos ab eis, qui non ſecundùm traditionem maiorum ambulant, quorum præcepta minimè contemnenda ſunt. *l. 1. D. de oper. noui nunciat.* Neque facile recedendum eſt ab ijs, quæ maioribus noſtris placuerunt. *l. ſi ædibus. D. de damno infect.* Antiqui enim, *vt Baldus ait conſ. 392. volum.* 1. non fuerunt fatui, neque dementes, ſimulq́ue exoptat nos tales eſſe, quales illi fuerunt, quorum veſtigia ſequenda eſſe Iuſtinianus monet. *l. maximum vitium C. de liber. præteritis.* Adde Damaſum Papam *in c. violatores cauſ. 25. q. 1.* Violatores, *inquit*, canonum voluntariè, grauiter à ſanctis Patribus iudicantur, & à ſancto Spiritu, inſtinctu cuius ac dono dicati ſunt, damnantur, quoniam blaſphemare Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros canones non neceſsitate compulſi, ſed libenter, vt præmiſſum eſt, aliquid,

Antiqui nõ fuerunt fatui vel homines bardi.

Digitized by Google

aut proterve agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſpontè conſentiunt, talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium in Spiritum ſanctum, quia vt iam prælibatum eſt, contra eum agit, cuius nutu & gratia ſancti canones editi ſunt.

4. Sed quaſi cogor hic addere ſententiam ſancti Baſilij, & ignoſcant mihi iuris ſtudioſi, ſi hic debitos non cuſtodiam limites. Hunc enim ſanctum Patrem ideò allegare non erubeſco, quia ipſe Iuſtinianus eum pro ſancto habet & allegat. *Nouell. 137. in princ. de ordinat. Epiſcop.* quem & Imperator Leo regium Eccleſiæ decus *in Nouell.* 88. magnum & admirandum nominat. *Nouell.* 6. Is *In libro de Spiritu ſancto c.* 27. *&* 29. ſic ait, Si conſuetudines & traditiones tanquam non multum habentes momenti conemur reijcere, quod ſcripto proditæ nõ ſunt, neceſſe erit multa damnare, multa reijcere, improbare multa, multa abolere, plura tollere, quæ in Euangelio neceſſaria ad ſalutem habentur & continentur. Imò ipſam fidei prædicationem totamque Chriſtianæ religionis formam ad exiguas & tenues rerum anguſtias, & ad nudum nomen redigere atque contrahere. Nam quod ſigno crucis vtimur, quod ad Orientem verſus precamur noſtraſque preces effundimus, quod conſecramus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, quod homines immergimus, quod in baptiſmate Sathanæ renunciamus, & Angelis eius, quod cùm oſtenditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, inuocationis verba proferimus, neque contenti, quæ commemorat Apoſtolus & Euangelium, verum alia quoque antea & poſt dicimus tanquam multum habentia momenti ad myſterium, quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus, nullo ſcripto tradita ſunt, & nuſquam in ſcriptu-

Authoritas S. Baſilij Iure approbata.

Si conſuetudines ac Traditiones reijciamus multa neceſſaria ad ſalutem reijcienda hic enumerata.

Digitized by Google

ris inueniuntur,neque earum traditionum & conſuetudinum in Scripturis ſit mentio, tamen nihilominus ex ſecreta & tacita traditione piè obſeruantur & retinentur, ac in Ecclesijs tanquam ad ſalutem promouendam cuſtodiuntur,&c.Et idem ſanctus Baſilius contra hæreticos Sabellian.& Arrium. Te pacatum reddat Traditio, Dominus ita docuit, Patres obſeruauerunt, confirmauerunt martyres, ſufficiat dicere; Sic edoctus ſum. Et S. Athanaſius in libello pro Decretis Nicænæ Synodi, quem itidem in fide ſequitur Iuſtinianus *l.* 8. *princ. C. de hæretic.* Ecce nos demonſtrauimus, inquit, iſtiuſmodi ſententiam à Patribus ad Patres quaſi per manus traditam eſſe. Vos autem noui Iudæi & Caiphæ, quos verborum veſtrorum Patres ac maiores demonſtrabitis?

Authoritas S. Athanaſij iure approbata.

5\. Cæterum non inficiamur præcipua illa fidei capita, quæ omnibus Chriſtianis ad ſalutem cognitu ſunt neceſſaria, perſpicuè ſatis eſſe Apoſtolicis ſcriptis comprehenſa. *Nouell.127.princ.* Cuiuſmodi eſt myſterium S. Trinitatis & incarnationis filij Dei, hiſtoria paſsionis Dominicæ, remiſsio peccatorum & promiſsio vitæ æternæ,&c. at plura ad fidem pertinent, quam omnes noſſe teneamur, quæ ſacris literis diſertè non continentur. In ſumma pauca capita nouiſſe ſufficit ad ſalutem, de reliquis ſatis eſt contrarium pertinaciter non tueri,&c.

An omnia ad ſalutem neceſſaria ſint ſacris literis commendata.

CAP. V.

DE CHRISTIANAE FIdei Symbolo.

CRedimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominum

Digitized by Google

minum Ieſum Chriſtum Filium Dei, & in Spiritum ſanctum, vnam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus, ſiue ſubſiſtentibus perſonis: adorantes vnam Deitatem vnam poteſtatem, Trinitatem conſubſtantialem. In vltimis autem diebus confitemur D. N. Ieſum Chriſtum vnigenitum Dei Filium, ex Deo vero, Deum verum ante ſecula, & ſine tempore ex Patre natum coęternum Patri, ex quo omnia, & per quē omnia: qui deſcendit de cœlis, Incarnatus de Spiritu ſancto, & ſancta glorioſa & ſemper Virgine, & inhumanatus, ſiue homo factus eſt, & paſſus crucem pro nobis ſub Pontio Pilato, ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, Vnius ac eiuſdem paſſionis & miracula, quæ ſpontè pertulit in carne, agnoſcentes. Non enim alium Deum Verbum, & alium Chriſtum nouimus, ſed vnum & eundem conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundùm humanitatem. Vt enim in diuinitate eſt perfectus, ita idem & ipſe in humanitate perfectus eſt. Nam eius ſecundùm hypoſtaſim, ſiue ſecundùm perſonam vnitatem ſuſcipimus, & confitemur. Manſit enim Trinitas & poſt Incarnatum vnum ex Trinitate

Dei

Digitized by Google

Dei Verbum. Neque enim quartæ perſonæ adiectionem admittit ſancta Trinitas.

Probatur per textum *in l.cum Saluatorem 6.§.1. C.de ſumma Trinitate.* Vbi quoque *in §.2.3. & 4.* latè anathematizantur hæretici, qui contra hoc fidei ſymbolum diuerſimodè docuerunt. Similis textus *in l.cum recta.5.§.1. & 2. & in l.cognoſcere 7. per totum eleganter & in l. inter claras 8.§.omnes vero ſacerdotes, & paſſim toto titulo C. de ſumma Trinit.Confer l.1.& 2.§.1.C.Eod.* 1.

Anathema ſit his,qui aliter credunt.

Is autem, *inquit*, Nicænæ aſſertor fidei & Catholicæ religionis verus cultor accipiendus eſt, qui omnipotentē Deū & Chriſtū Filiū Dei vno nomine confitetur, Deū de Deo, lumen ex lumine, qui Spiritum ſanctū (quem ex ſummo rerū parente ſperamus & accipimus) negando non violat, apud quem intemeratę fidei ſenſus viget,& incorruptæ Trinitatis indiuiſa ſubſtantia, quæ Græco verbo ὁμοούσια recte credentibus dicitur.Et textus *in l.omnem adhibentes 47. C.de Epiſcop. & Cleric.* Omnem, *inquit*, adhibentes prouidentiam circa ſanctiſsimas Eccleſias in honorem & gloriam ſanctæ & incorruptæ homouſiæ Trinitatis, per quam & nos, & communem rempublicam ſaluos fore, credimus,&c.Hiſce adde Azonem *in ſumma Codicis tit.de ſumma Trinitat.n.4 5.6.* Vbi elegantiſsimè ſcribit,quid de SS. Trinitate & Incarnatione nos credere debeamus & exclamat ibidem additio. In ſancta Trinitate exultet Azo,qui de ipſa Trinitate ſubtiliter loquitur.Item dicitur, *inquit*, fides credulitas,& in hac ſignificatione hic ponitur. Vnde Apoſtolus ad Hebræos 11. Fides eſt ſubſtantia rerū ſperandarū, argumentum nō apparentium. Vnde dicitur Fides,quia fiet, quod dicitur, futurum eſt, 2. 3.

Verbum ὁμοούσια quod anima Lutheri odit, Iure ciuili probatur.

Azonis de Trinitate & S.Incarnatione pia ſententia.

quod

Digitized by Google

quod ſperatur, Dicitur autem *Catholica*, id eſt, vniuerſalis, & ideò dicitur in lege prima *cunctos populos*. Quæ ſit fides Catholica, & quidem noſtra fides in Trinitate conſiſtit & in Incarnatione, & de Trinitate primo, quid de ea credere debeam⁹ dicemus. Eſt aũt Trinitas in perſonis; vnitas in Deitate æqualis gloria, coæterna maieſtas, AEternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus S. non tamen tres æterni, ſed vnus æternus, Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus S. non tamen tres immenſi, ſed vnus immenſus, increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus S. nõ tã tres increati. Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus S. Et tamen non tres Omnipotentes, ſed vnus Omnipotens. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus ſanctus, & tamen non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus. Item Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus ſanctus eſt Deus, non tamen tres Dij, ſed vnus Deus, Pater à nullo eſt creatus, nec factus, nec genitus: Filius à nullo eſt creatus, nec factus, ſed genitus ante ſecula. Et hoc eſt, quod dicitur; *In principio erat Verbum*, &c. Spiritus ſanctus à Patre, & Filio procedit: licet Græci à Patre tantum dicant procedere. In hac Trinitate nihil maius aut minus, nihil prius aut poſterius eſt, quicumque ergo vult eſſe ſaluus, ita de Trinitate ſentiat. Eſt & noſtra fides Catholica ſuper Incarnatione Domini, quæ talis eſt, vt credamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum Filium, & verbum Dei, & Dominum noſtrum ante ſecula, & ſine tempore de Patre natum in vltimis diebus, id eſt, in hac vltima ætate deſcendiſſe de cœlis & incarnatum ex Spiritu ſancto, & ſancta atque glorioſiſsima virgine Maria, & Dei genitrice natum, & hominem factum, crucifixum, vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis

tialis

Digitized by Google

tialis Trinitatis coadorandum, & conglorificandum Patri,& Filio,& Spiritui ſancto. 3.Bene dixi vnum, nec enim alium Deum Verbum, & alium Chriſtum cognoſcimus, ſed vnum atque eundem ipſum conſubſtantialem Patri ſecundùm diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundùm humanitatem paſsibilem & impaſsibilem Deitate. Vt enim eſt in diuinitate perfectus, ita idem ipſe & in humanitate perfectus eſt. In vna ſubſtantia Deitatem ſuſcipimus & confitemur, quam Græci vocant ὀυσίαν, id eſt, indiuiſæ ſubſtantiæ, *vt ſup. habuiſtis*. Et quoniam vnigenitus Filius & Verbum Dei ante ſecula,& ſine tempore de Patre natus: idē ipſe & in vltimis diebus deſcēdens de cœlis Incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex ſancta & glorioſa Virgine & Dei genitrice Maria, & homo factus Dominus noſter Ieſus Chriſtus propriè & vere Deus eſt. Ideòq; ſanctam glorioſam Virginem Mariam propriè & verè Dei matrem dicimus: non quia Deus Verbum principium in ipſa ſumpſerit,ſed in vltimis diebus deſcendit de cælis,& ex ipſa Incarnatus,& homo factus eſt, & natus, quem confitemur & credimus (ſicut dictum eſt) Patri conſubſtantialem ſecundùm Deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundùm humanitatem, eiuſdem miracula & paſsiones,quas ſponte carne ſuſtinuit,cognoſcentes: vt apertè continetur. *Et infra eod. l. non credentes, §. omnes vero ſacerdotes, vſque illuc ſuſcepimus autem*,&c. Hoc autem credimus authoritate Apoſtolorum & Euangeliſtarum & cæterorum Eccleſiæ Dei fundatorum: item Conciliorum quatuor, Nicæni, Conſtantinopolitani, Chalcedonenſis, Epheſini, vt infra Eod. l. cunctos & l. nos credentes §. ſuſcepimus. Hactenus Azo. 3.

Licet verò Gloſſ. *in d. l. nullus 2. §. 1. in Verb. quem* 4.

quod

ex ſummo rerum Parente, dicat quod iſta lex à quodam Græco fuerit compilata, quia ait, Spiritum ſanctum à ſummo rerum parente procedere. Nam Græci crediderunt, ſicut adhuc hodiè non pauci hæretici, Spiritum ſanctum à Patre procedere, tamen Cuiac. *ibidem in paratit.* ait, Accurſium hoc malè notaſſe *in d. l. nullus*, cum & veteres omnes ita locuti fuerint, licet nõ negauerint, Spiritum S. prodire etiam ex filio, nec de ea re vllum erat illorum Imperatorum ætate in Eccleſia diſcrimen.

Græci crediderunt Spiritum ſanctum tantũ à Patre procedere.

5\. Secundo reſponde iuxta quod male dicant, qui volunt dict. l. *nullus*, loqui ſecundum Græcos. Hoc enim non eſt veriſimile. Nam cum opus illud fuerit approbatum per Papam, vt in epiſtola inter claras, quis credit eum legem contra fidem dicentem approbaſſe, & ideò quòd dicit textus: ex ſummo rerum parente, ſubaudi & filio, & ita benè dicit.

6\. Vnde patet iſto tempore Græcos cum ſacroſancta Romana Eccleſia ſenſiſſe, quæ docet Spiritum ſanctum procedere, tàm à Patre, quàm à Filio, à quo immerito receſſere poſteriores.

CAP. VI.

DE FIDE CATHOLICA, id eſt, vniuerſali.

CVnctos populos, quos Romanum regit Imperium, in tali volumus religione verſari, qualem Diuus Petrus Apoſtolus tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamque Pontificem Damaſum & Petrum

trum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis ſequi claret.

Ita formaliter Gratianus, Valentinianus & Theodoſius Imppp. in l. 1. cap. de ſumma Trinit.

Dicitur fides Catholica, id eſt, vniuerſalis, & ideò ait textus, cunctos populos, *Azo. in d. l. 1. n. 3.* Nam hæc religio Diui Petri ſine dubio nominanda fides Chriſtiana, Apoſtolica, Euangelica, Romana & Catholica, id eſt, quæ vna eſt Domini & Dei noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti magiſterio inſtituta & Propheticis, Apoſtoliciſque prædicationibus vbique diffuſa (*vniuerſalis*) & Sanctorum per totum orbem confeſsionibus roborata, Patrũ atq; Doctorum ſententijs coadunata & noſtrę doctrinæ conſentanea, *vt hæc omnia luculentiſsimè probantur, Rubrica & l. cunctos populos* 1. *& l. inter claras* 8. *§. liquet, in princ. C. de ſumma* Trinitat. *& fide Catholica & paſsim.* Cui adde Nouell. 109. *de priuilegijs dotis*, vbi dicitũ *in princip.* quod in ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia omnes concorditer ſanctiſsimi Epiſcopi & totius orbis terrarum Patriarchæ & Heſperiæ & Romæ & Cõſtantinopolitanæ ciuitatis, & Alexandriæ & Theopoleos, & Hieroſolymorum, & omnes qui ſub eis conſtituti ſunt ſanctiſsimi Epiſcopi, hanc Apoſtolicam prædicent fidem atque Traditionẽ. *Idem ferè ait Nouell.* 115. *Vt cum de appellat. cognoſcit. c.* 3. §. 14. 1.

Quare Eccleſia Romana dicatur vniuerſalis.

Cæterùm præfata *l. cunctos*, &c. eſt lata à Gratiano, Valentiniano & Theodoſio Imppp. circa annum Domini 392. Et ab Epiſcopo Theſſalonicenſi ſcribitur, Theodoſium hanc fidei ſuæ confeſſionem emiſiſſe, ſimulatque baptizatus fuerit. 2.

Si huic legi Sectariorum Iuriſconſulti ſatisfa- 3.

cere

Digitized by Google

cere volunt, non niſi Romanæ Eccleſiæ doctrinam profitebuntur & omnes aliarum ſectarum errores deſerent. Ne hoc facere detrectent, nullo effugio ſibi cauere poſſunt. Nam ex hac lege apparet S.Petri Primi Papæ Romanam doctrinam Romanis traditam purè & incorruptè tranſmiſſam fuiſſe, vſque ad gubernationem Damaſi Pontificis, qui clauum Eccleſiæ ſuſcepit *Anno Domini* 388. Eum autem citra controuerſiam in omnibus controuerſis dogmatibus, quæ hodiè contra ſectarios Catholici defendunt, ab eorum ſtare partibus multis documentis comprobari poteſt. Nam eius Epiſtolæ, decreta, libri totam modernæ Eccleſiæ Romanæ ſapiunt fidem & praxin, vt id inficias ire, nimiæ impudentiæ fuerit. Quod etiam ex hiſtoria tripartita perſpicuè apparet. Præterea conſtat eum communione amicitiæ & doctrinæ coniunctiſsimum fuiſſe S. Hieronymo & S. Chryſoſtomo, at hi præ cæteris Patribus Papiſticam, vt vocant doctrinam accuratè tradiderunt & propugnarunt, non ſecus, vt ea hodiè tradi ſolet, ceu ex ſcriptorum fideliter collectis & euulgatis confeſsionibus eorum omnibus liquet. Hinc euidenter deducimus, vigore huius legis S.Petri fidem ſuſcepiſſe & tenuiſſe Damaſum; ab eo vero noſtram fluxiſſe, Ergo Catholicorum doctrina non eſt alia quam S.Petri doctrina, quam omnes populi ſeruare tenentur.

Catholicorum fides nō eſt alia quā diui Petri.

4. Nota quod quidam rectè colligunt *ex d. l. cunctos*, quod ſi quis interrogetur de fide, ſufficiat reſpondere ſe credere ſicut ſacroſancta Romana Eccleſia, nec habet opus explicitè reſpondere, de ſingulis articulis, niſi ſit rector, aut Prælatus *c.1. de ſumma Trinit. Et ibi Innocent. Hoſtienſ.*

Interrogatus de fide quid reſpondere debeat.

5. Deinde nota Eccleſiam nunquā carere Doctoribus, ſacerdotibus atq; Epiſcopis *d.1. Nouell.* 109.

Eccleſia nūquam caret DD.

CA-

CAP. VII.

DE SANCTISSIMIS Epiſcopis atque patribus, qui fidem Catholicam prædicauerunt.

HAEc eſt vera fides ac certa religio, quam beatæ recordationis Patres omnes, præſuleſque Romanæ Eccleſiæ, quos in omnibus ſequimur, prędicarunt hactenus atque inconcuſsè cuſtodierunt omnes.

Quales (quantum Iure ciuili ſaltem de eorum nominibus conſtat,) fuere Romani Pontifices, & vniuerſales Patriarchæ Damaſus *l.* 1. (*de ſummâ Trinitat.* Ioannes *l.*8. *C. Eod. & Nouell. Conſt.* 9. Agapetus *Nouell.* 42. *in princ.* Vigilius *Nouell.* 131. *c.*3. Sanctiſsimi & beatiſsimi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani pater Acacius *l. decernimus.* 16. *C. de SS. Eccleſiis.* Epiphanius *l. certiſsimè* 34. *C. de Epiſc. audient Nouell.* 6. Mennas *Nouell.* 79. Anthemius *Nouell.* 16. Fabianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus; qui interfuit Concilio Chalcedonenſi *l. quoniam* 23. *C. de Epiſcop. & cleric.*

Sanctiſsimi & beatiſsimi Archiepiſcopi & Patriarchæ ciuitatis Alexandriæ, (Athanaſius, Petrus Athanaſij ſucceſſor *l.*1. *C. de ſum. Trinit.* 2. *Ruff.* 3. 4. *Sozomen.* 39. Epiphanius *lib.* 2. *Tom.* 2. *hæreſ.* 68. Theophilus & Cyrillus ſanctæ recordationis *l. quicunque* 8. *in princ.* C. *de hæretic. & Manichæis*:) Et ciuitatis Theopoleos & Hieroſolymorum Petrus Archiepiſcopus *Nouell.* 40. *Vt Eccleſ. ſancta reſurrectionis Nouell.* 123. *c.* 3. Catellianus beatiſsimus

Digitized by Google

Archiepiſcopus primæ Iuſtinianeæ,id eſt, Salonitanæ,quæ ſic dicta eſt, quia Iuſtinianus ibi natus eſt *Gloſſ.in c.non licet diſt.63.verb. prima Iuſtiniana Nouell.*11.Sub cuius Iuriſdictione eſt ipſa mediterranea Dacia, & Dacia Ripenſis, nec non Myſia ſecunda Dardania,& Præualitania Prouincia, & ſecunda Macedonia & pars ſecundæ etiam Panno-niæ, quæ in Pacenſi eſt ciuitate. Et hæ Prouinciæ ſuos quoque habebant Epiſcopos *Nouell.* 131. *c.* 3. Archiepiſcopus Illyricus qui Firmi ſedebat, Epiſcopus Aquenſis. Epiſcopus meridianus *dict. Nouell.*11.*per tot.* Epiſcopus Theopolitanæ *Nouell.*42. *c.*1. Epiſcopus Apameæ *dict Nouell.* 42. *c.*2. Euſtathius Epiſcopus Tholonæ ciuitatis & Eccleſiæ Thelmiſſenſis *Nouell.*115. *princ.* Epiſcopus Cæſarienſis *Nouell.*129. *de Samaritis c.*1. *& c.* 4. Vbi facit mentionem omnium ſanctiſsimi Sergij Cæſarienſium metropolis Epiſcopi,Sanctus Baſilius,& Sanctus Gregorius Nazianzenus *Nouell.* 137.*c.*1. Hypatius atque Demetrius viri ſanctiſsimi, quos Summus Pontifex Ioannes fratres,ac Coepiſcopos ſuos nominat *in l.inter claras* 8.*princ.* C. *de ſumma Trinitat.*Epiſcopus Carthaginenſis *Nouell.*131. *c.*4. Eccleſiæ Conſtitutæ in Africa *Nouell.* 34. Epiſcopus Tomenſiũ, Scythiæ ciuitatis *l. vnaquaq;* 36. *C.Eod.* Epiſcopus Iſauropolitanus cui ſubeſt Leontopolis Iſauriæ *d.l. vnaquaque* Eccleſia ciuitatis Theſſalonicenſis *l.*8. C. *de Sacroſ. Eccleſiis Nouell.* 153. Archiepiſcopus Amaſiæ & Neocæſareæ *Nouell.*28.*c.*2. Euſebius Deo amantiſsimus præsbyter *Nouell.* 40. *princ.* §.1. Piſtus Diaconus Eccleſiæ Thelmiſſenſis *dict. Nouell.* 115.*princ.* Et hanc fidem adhuc hodie tenet ſacroſancta Romana Apoſtolica Eccleſia & creditur in Italia, Hiſpania, & in præcipuis Galliæ vrbibus,Germaniæ,Poloniæ, Hungariæ, Græciæ,Syriæ, AEthiopiæ, AEgypto, nec non in nouo orbe

orbe ad Orientem in India, ad Occidentem in America, ad Septentrionem in Iaponia, ad Meridiē in Braſilia, & in exterioribus partibus Africæ, Aſiæ, quo nouatorum confeſsiones nondum peruenerunt

CAP. VIII.

DE VNITATE CATHOLICAE Romanæ fidei conſeruanda nec immutanda.

HINC omnes Sacerdotes ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſię & Reuerendiſſimi Archimandritæ Sanctorum Monaſteriorum ſequi debent ſanctitatem Pontificalem & cuſtodire ſtatum & vnitatem ſanctarum Dei Eccleſiarum, quam habent ab Apoſtolica ſanctitatis ſede, nihil penitus immutantes de Eccleſiaſtico ſtatu (fidei ſcilicet) qui hactenus obtinuit & obtinet.

Ita textus præclarus in l. inter claras §. *reddentes* C. *de ſumma Trinitat.* Vbi quoque dicitur ſtatum Dei Eccleſiarum incommotè permanere nulla intercedente contrarietate, &c. *& in d. l. inter claras* §. *omnes verò, & in l. cùm recta* 5. C. *Eodem. inquit:* Cùm recta atque irreprehenſibilis fides, quam prædicat ſancta Dei Catholica atque Apoſtolica Eccleſia, nullo modo innouationem recipiat, nos ſequentes ſanctorū Apoſtolorū & eorum, qui poſt eos in ſanctis Dei Eccleſijs conuerſati ſunt, dogma iuſtum fore exiſtimauimus cunctis manifeſtum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

facere, qualiter in fide, quæ in nobis eſt, ſentiamus, inſiſtentes atque adhærentes Traditioni atque confeſsioni ſanctæ Dei Catholicæ Eccleſiæ, &c. *Et in l. cognoſcere 7. §. Et Reuerendiſsimi* 2. C. *Eod.* Et Reuerendiſsimi ſacrorum Monaſteriorum Archimandritæ ſequentes Patrum Traditionem, ea ſcilicet fide, vt nihil omninò ante hac immutauerint, aut hodiè immutent ab eo, qui nunc vſque, ſicuti dictum fuit, obtinuit Eccleſiaſtico ſtatu, &c. *Quibus adde l. omnes* 2. C. *de hæretic.* Nemo, *inquit*, vlterius conetur, quæ repererit, profana præcepta vel docere, vel diſcere, &c. *Et l. culp.* 8. *C. de malefic. & & mathemat.* Culpa ſimilis eſt, tam prohibita diſcere, quàm docere.

Semper pauci quidem Monachi ac infideles ſolent Catholicæ Eccleſię cõtradicere.

Vtinam præfatam doctrinam tenuiſſent recentiores, nunquam ſanè fortis illa Germania dulciſſima, patria noſtra ad præſentem hunc tam calamitoſum ſtatum, in tam pernicioſam fidei diſſenſionem incurriſſet. Sed rectè ait alibi Imperator ſæpè paucos quoſdam, Monachos & infideles Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ, Iudaicè & Apoſtaticè contradicere auſos fuiſſe, *dict. l. inter claras, ibi. Quæ à quibuſdam paucis Monachis malè & Iudaicè & Apoſtaticè ſecundùm Neſtorij perſidiam denegata ſunt*, &c. *Et l. conuenticulum* 15. *ibid. Clericos noua atque tumultuoſa conuenticula extra* Eccleſiam *celebrantes, &c.* C. *de Epiſcopis & Cler. & textus in l. cognoſcere* 7. §. 1. C *de ſumma Trinitat.* Pauci, *inquit*, quidam infideles & alieni à Sancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia contradicere Iudaicè auſi ſunt, aduerſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus rectè obſeruantur, probantur & abrenunciantur, &c. Hinc verſus: Non audet Stygius Pluto tentare quod audet, Effrenis Monachus, plenaque fraudis anus, &c. Sanè hic ſi principes vterentur iure ſuo. Quod enim medicamenta morbis,

Digitized by Google

bis,hoc iura exhibent negotijs. *Nouell. 111. Hæc conſtitutio innouat conſtit.in princ.* exclamarent ſectarij inquiſitionem Hiſpanicam introduci. *l. eum qui C.de Apoſtatis.* Eum qui, inquiunt Imperatores ſeruum aut ingenuum inuitum ſeu ſuaſione plectanda ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam ritumue transduxerit,cum diſpendio fortunarum capite puniendum eſſe cenſemus. Adde *l. Eos qui C. Eod.* quæ extat quoque in actis Concilij Chalcedonenſis.Eos qui,inquit,Catholicarum Eccleſiarum Clerici vel Orthodoxæ fidei Monachi,ſi relicto vero orthodoxæ religionis cultu Apollinaris vel Eutychetis hæreſin & dogmata abominanda ſecuti fuerint, omnibus pœnis,quæ prioribus legibus aduerſus hæreticos conſtitutæ ſunt, iubemus teneri, & extra ipſum quoque Romani Imperij ſolum repelli,ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt.

CAP. IX.

DE ROMANA ECCLESIA, quod ſit fons ſacerdotij,& fides Diui Petri.

IN hac Catholica fide agnoſcimus Romanam Eccleſiam eſſe fontem ſacerdotij adeoque venerandam ſedem ſummi Apoſtoli Petri.

Nam Roma dicitur patria legum & fons ſacerdotij *textus in Nouell.conſt.9. Vt etiam Romana Eccleſia princ.*&c.Quod antiquus Gloſſator Ioannes in ſua ſumma interpretatur de Papatu. Eodem modo *in dict. Nouell.9.verſ. Quod igitur* Romana 1.

Digitized by Google

Eccleſia nominatur veneranda ſedes ſummi Apoſtoli Petri.

2. Nec obſtat quod iſta Nouella 9. hæreticis ſit ſuſpecta *Duarenus lib.* 1. *de ſacr. Eccleſ. miniſt. c.*1. Nam reclamat authoritas omnium librorum. Imo ſic omnia iura de mundo paſsim redderentur dubia, ſi cuilibet daretur quæuis corrigendi ac negandi licentia, cum pientiſsimus Imperator *dict. Nouell.* in honorem Venerandæ Sedis ſummi Apoſtoli Petri (Vt Eccleſia Romana centum annorum gauderet præſcriptione) in æternum ſpecialiter dedicauerit atque conſecrauerit. Ideò nullo modo Apocrypha, vel ſuſpecta.

CAP. X.

DE PRIMATV DIVI Petri.

MERITO autem Romana Eccleſia appellatur Veneranda Sedes ſummi Apoſtoli Petri, Diuus namque Petrus Primus & Summus Apoſtolorum huius Apoſtolicæ Sedis author eſt.

Ad cuius (*Venerandæ Sedis*) auctorem, hoc eſt, Apoſtolorum Primum (*Petrum*) Domino loquente præceptum eſt: *Paſce oues meas*, inquit, formaliter ac eleganter textus *l. inter claras princ. Et ibid. Alciat.* C. *de ſumma Trinitat.* Et in Nouell. 9. *Vt etiam Eccleſia Romana centum annorum*, &c. Diuus Petrus appellatur Apoſtolorum Summus, *ibi. Venerandæ Sedi Summi Apoſtoli Petri*, &c. quæ eſt Sedes Romana.

CA-

CAP. XI.

DE DIVO PETRO QVOD fuerit Romæ.

NEc dubium eſt, quin Diuus Petrus Summus Apoſtolorum fuerit Romæ, ibiq; Sedem tenuerit Pontificalem.

Cùm habeamus pro hoc textum *in l. cunctos.* 1. *C. de ſumma Trinit. ibi. Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis.* Nam ſi Diuus Petrus Romanis (apud quos etiam crucifixus eſt *Hothoſ in d. l. cunctos*) Chriſtianam tradidit, inſinuauit atque prædicauit fidem *vt ait d. l. cunctos,* quis negabit Petrum Apoſtolum fuiſſe Romæ. Niſi dixeris Petrum Romanis (pro vt intelliguntur, qui Romanorum ſectantur fidem, vel qui alias Romæ in vrbe commorati fuerint) non niſi in ſcriptis Chriſtianam inſinuaſſe fidem, quod eſt diuinare ad textum tam luculentum, maxime cum huic interpretationi ſuccurrat fides omnium hiſtoriarum, quo me vtiliter refero. Et verba textus prout ſonant in propriiſſimo ſenſu non fictè, vel ciuiliter, ſed naturaliter intelligenda *l. vlt. C. de his, qui veniam ætat.* &c. Imò ſi verum eſt, *quod ait Nouella* 9. vt eſt veriſſimum Romam eſſe Venerandam Sedem ſummi Apoſtoli Petri (hinc enim dicitur fons ſacerdotij, per textum ibid.) quomodo non potuit non Diuus Petrus ſi Romæ Sedem fixam habuit ibidem fuiſſe? *arg. l.* 1. *D. de acquirend. vel admittend. poſſeſſ.*

Omnes hiſtoriæ teſtātur D. Petrū fuiſſe Romæ

Digitized by Google

CAP. XII.

DE PRIMATV ROMANAE Eccleſiæ.

CATHOLICA Romana Eccleſia omnium aliarum Sacroſanctarum Eccleſiarum verè eſt caput.

Quam *Eccleſiam Romanam*, inquit Iuſtinianus eſſe omnium *Verè* Eccleſiarum caput & Patrum regulæ, & Principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ Reuerendiſsimi teſtantur affatus *in l. inter claras* 8. *princ. C. de ſumma Trinitat. Et* §. *Reddentes.* Nec enim patimur quicquam quod ad Eccleſiaſticum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum ac indubitatum ſit, quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati. Quæ eſt caput Omnium Sanctarum Eccleſiarum.

Neque hic moror ſectariorum Iureconſultos, quorum non pauci *d. l. inter claras*, tanquam Apocrypam & non authenticam reijciunt. Grauiter
1. hi namque errant atque peccant. *Vt docet Alciat. ibid. C. via* 12. *obſ.* 28, *Fachin.* 8. *controuerſ.* 1. *per tot. & alij.* Reclamat enim omnium librorum authoritas. Imò iſtius legis facit Imperator mentionem *in l. cognoſcere* 7. *in princ. C. Eod.*

CAP. XIII.

DE ROMANO PONTIFIcatu, & Principatu Romani Pontificis. Item quod ſit ſucceſſor Diui Petri.

APVD Romanam Eccleſiam ſummus reſidet Pontificatus apex (*a*)

Cui

Digitized by Google

cui rectè præeſt ſummus Pontifex Papa Romanus (*b*) cùm primus ſit, & caput omnium Sanctiſſimorum Dei Sacerdotum (*c*) & verus Diui Petri ſucceſſor. (*d*)

(*a*) Nam (*quod ait textus in Nouell. vt etiam Romana Eccleſia in princ.*) vt legum originem anterior Roma ſortita eſt, ita & ſummi Pontificatus apicem apud hanc Romanam Eccleſiam eſſe nemo dubitabit. *Et Nouell. apud Haloand.* 42. *c.* 2. Sententia, *inquit*, quæ de his ipſis à ſanctiſsimis *Summis* Pontificibus rata permanente proceſsit.

(*b*) Taliter præfuere, qui iure ciuili numerantur Pontifices, ſummus Pontifex Damaſus *l. cunctos* 1. *C. de ſumma Trinit.* qui Cathedram Eccleſiæ Romanæ aſcendit Anno 388. & ſedit annos 18. menſ. 1. dies 10. **Pontifices iureciuili numerati S. Pontifex Damaſus.**

Papa Ioannes 2. *l. inter claras* 8. *in inſcription. C. Eod.* qui cæcum illuminauit, *Gregor. lib.* 3. *Dial. cap.* 2. **Ioannes.** Pontifex Agapetus *Nouell.* 42. *de depoſitione Anthimi & Seueri in princ.* qui claudum & mutum adminiſtratione corporis Chriſti ſanauit. **Agapetus.** *Gregor.* 3. *Dial. c.* 3. Papa Vigilius *Nouell.* 131. *de Eccleſiaſticis titulis cap.* 3. qui aſcendit Cathedram Epiſcopalem 60. Anno 537. ſeditque Annos 18. **Vigilius.**

Nota verò hic argumentum *ex l. meminiſſe* 10. *D. de offic. Proconſul. leg.* vbi dicitur vnum eſſe Proconſulatum, licet ſucceſsiuè plures ſint Proconſules: ſic eodem modo veneranda ſedes ſummi Apoſtoli, ac Pontificis Petri vnum habet primatum, vnum & quidem ſupremum *d. Nouell.* 9. Pontificatum, ſucceſſores licet ſint plures, quorum vnum tantùm Reipublicæ Chriſtianæ pręeſſe neceſſe eſt, *textus elegans in argumentum in l. neceſſarium* 2. §. *nouiſsimè* 11. *D. de orig. Iur.* Ex quo textu præclarè euincitur, nullum Imperium eſſe firmius aut conducibi- **I. Monarchia nullum Imperium eſſe firmius.**

ducibilius Monarchia ſcilicet ſi vnus præſit Imperio vel Eccleſiæ: Nouiſsimè, *inquit*, ſicut ad pauciores Iuris conſtituendi via tranſiſſe, ipſis rebus dictantibus videbatur, per partes euenit, vt neceſſe eſſet Reipublicæ per vnum conſuli: nam Senatus non perinde omnes probè gerere poterant. Igitur conſtituto Principe datum eſt ei ius, vt quod conſtituiſſet, ratum eſſet.

(c) *Textus in l cognoſcere 7. in princ. verb.* Quum ea (beatitudo Pontificialis) ſit caput omnium ſanctiſsimorũ Dei ſacerdotum, &c. *C. de ſumma Trinitat. & in l. inter claras 8. §. reddentes in verb.* Veſtræ ſanctitati, quæ eſt caput omnium ſanctarum Eccleſiarum, &c. *C. Eod. & Nouell. conſtit. 131. c. 1. De Eccleſiaſticis titulis*, vbi ait ſecundùm ſacrorum Conciliorum Sanctas definitiones ſanctiſsimum ſenioris Romæ Papam primum eſſe omnium Sacerdotum, beatiſsimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos nouæ Romæ ſecundum habere locum, poſt ſanctam ſenioris Romæ Apoſtolicam Sedem. Alijs verò omnibus ſedibus præponi, vt Hieroſolymitano, *Nouell. 40. & 120. c. 9.* Antiocheno, Alexandrino, primæ Iuſtinianæ & Epiſcopo Carthaginenſi *d. Nouell. 131. c. 3. 4. confer Nouell. 6. princ.*

Caluini mẽdacium.

Vnde apparet, mentiri Caluinum, qui vult *lib. 4. Inſtit. cap. 17.* Primum Phocam Imperatorem Pontificibus primatum donaſſe, quem vulgò ſequuntur ſectarij. Fatentur tamen etiam hoc poſtremum immeritò, & ſine omni iure factum, ſed vereor ne os in cœlum ponant, qui Papæ detrahunt, *vt eſt textus in extra vagant, ad noſtrum de regularibus & tranſeuntibus ad religionem.* Quibus adde Ioannem Baptiſtam Ficklerum *in Theologia Iuridica fol. (mihi) 501.* vbi latè docet Papam ab Imperatore, vt ſummus eſſet in Chriſtianitate Pontifex,

Os in cœlũ ponunt, qui Papæ detrahunt.

ſex,non fuiſſe conſtitutum,vel in ſuprema fide cõfirmatum *per text.in* Nouell. 131. *de Eccleſiaſt.titul. cap.*2.& inter alia addit.Quis adeò demens eſt,qui diceret Imperatorem habere poteſtatem Chriſti Vicarium conſtituere,vel primatum ſupremamve poteſtatem in ſtatu Eccleſiaſtico, vel huic, vel alteri decernere. Nam præterquam quod nemo falcem ſuam mittere debet in alienam meſſem,ſeque immiſcere rei ad ſe non pertinenti *iuxta l.culpa eſt. De reg. Iur.* hoc etiam verum eſt, ne parem quidem in parem habere Imperium *Gloſſ. in verſ.iudicamus l.digna vox eſt* C.*de* LL. Quo pacto igitur is,cui parere neceſſe eſt, imperanti mandare, vel in ſolemnibus quicquam tribuere poteſt. Perabſurdũ enim eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia *l.conſulta* C.*de teſtament.*

(c)arg.d.l.cunctos 1.*& d.l.inter claras* 8.*princ.& per totum &* Nouell.9.*Auguſt. epiſt.*165. Modernus namque ſummus Pontifex eandem etiam num hodie occupat venerãdam ſedem Romæ, quam olim poſſedit Diuus Petrus, Damaſus, & Ioannes ſanctiſsimi Pontifices,fideſque Romana apud Catholicos inuiolata manſit *l. cum recta* 5. C. *de ſum. Trinitat.* neque docere poteſt fidem noſtram à fide maiorum vel latum vnguem diſcrepare. *His adde Ficklerum*, Fidei,*ait*, veritati atque Iuri conſentaneum eſt hanc poteſtatem clauium Petro traditam eſſe à Deo. Nec ideò minus valet hæc traditio *(vt ciuiliter loquamur)* quod inſtrumenta non interueniſſent *l.*2.C.*de acquirend. ac retinend.poſſeſſio. & Gloſſ.in l.quotiens* C. *de Rei vend.* Nam patientia non ſolum inducit præſumptionem conſenſus,ſed etiam inducit præſumptionem veritatis atque ſolemnitatis,*l.* 1.C.*de pat. poteſt.* Ea autem poteſtas à S.Petro ad hunc (modernum)Pontificem non ſolum longiſsima, ſed multorum ſeculorum præſcri-

Sectarij probare non poſſunt fidẽ noſtram à fide maiorũ diſcrepare.

Digitized by Google

Catholici gaudent ſucceſsione ac præſcriptione.

ſcriptione continua ſerie deriuata effectum poſſeſsionis Iure optimo ſortita eſt *l.* 2. *C. de præſcript. long. temp.* 10. *vel* 20. *annorum.* Eam poſſeſsionem quoque integram conſeruabit, quam diu Spiritus ſanctus Eccleſiæ à Chriſto promiſſus eſt, hoc eſt, vſque ad conſummationem huius mundi etiam inuitis portis inferorum, neque minus habebit Iuris poſtremus Petri ſucceſſor atque Primus. Nam præſcriptio, quæ tuetur authorem, eius quoque ſucceſsionem defendit *l.* 1. *C. Ne de ſtatu defunctor. poſt quinquennium quærant.*

CAP. XIV.

ROMANAM ECCLESIAM errare non poſſe.

SACROSANCTA Romana Eccleſia nunquam errare poteſt.

Nam vt inquit Iuſtinianus in hac ſancta Dei Eccleſia recta prædicantur dogmata & omnes hæreſes cum Principibus ſuis anathematizantur *in Nouell.* 132. *de Interdict. colleg. hæret.* Ergo ſanè erronea docere non poteſt. Et textus *in l. inter claras* §. *reddentes. Et l. cum recta* 5. *C. de ſumma Trinita.* probant in Catholica atque Apoſtolica Eccleſia rectam atque irreprehenſibilem fidem prædicari, imò neç contrarietatem ac innouationem recipere, adeoq; inuiolatam eſſe *Nouell.* 6. *c.* 1. §. 8. Præterea vera religio tenebras, id eſt, errores reſpuit, & neſcit ſubiacere defectui, *D. l. inter claras in princ.* Ergo nec errare poterit. Adde *l. cognoſcere* 7. *in princ.* C. *Eod.* vbi dicitur Iudicium Romanæ ſedis ſemper rectum eſſe.

Iudicium Romanæ ſedis ſemper rectum.

CA-

Digitized by Google

CAP. XV.

ROMANVM PONTIFICEM eſſe Iudicem controuerſiarum fidei.

ROMANI Pontificis de ſyncera fidei doctrina iudicio totius orbis terrarum Eccleſiæ ſubiectæ ſunt.

Ideò ſummum tenet Pontificatum & primus eſt & caput omnium ſanctiſsimorum Dei Sacerdotum. *Et pro hac theſi eſt l. inter claras* 8. §. *reddentes* C. *de ſumma* Trinitat. Reddentes, ait, honorem Apoſtolicæ ſedi, & veſtræ ſanctitati)quod ſemper nobis in voto fuit & eſt) & vt decet, patrem honorantes veſtram beatitudinem, omnia quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitati: quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium, vnitatem Apoſtolicæ ſedis & ſtatim ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet & incômotè permanet, nulla intercedente côtrarietate. Ideoq; omnes ſacerdotes vniuerſi Oriẽtalis tractus & ſubijcere & vnire ſedi veſtrę ſanctitatis properauimus. In pręſenti ergo, quæ commota ſunt(quamuis manifeſta ac indubitata ſint, & ſecundùm Apoſtolicæ veſtræ ſedis doctrinam ab omnibus ſemper Sacerdotibus firmè cuſtodita & prædicata) neceſſarium ducimus, vt ad notitiam veſtræ ſanctitatis perueniant: Nec enim patimur quicquam quod ad Eccleſiaſticum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum ac indubitatum ſit, quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput eſt omnium ſanctarum Dei Eccleſiarum. Per omnia enim, vt dictum

ctum eſt, properamus honorem & auctoritatem creſcere veſtræ ſedis,&c.*Confer* §.*petimus* 5. *& per totum*, vbi ſatis oſtenditur totius Orbis terrarum Eccleſias Romanæ Eccleſiæ iudicio ſubiectas eſſe. Idem probatur *l.cognoſcere* 7.*in princ.* C. *de ſumma Trinitat.*Ratio quia Sacerdotium(*præſertim ſupremum*) diuinis, Imperium terrenis præſidere atque miniſtrare debet **Nouell.** C*onſtitution.* 6. *in princ. Quomodo oporteat Epiſcop.*&c. Et Reuerendiſsimi Epiſcopi (in rebus fidei) iuſtè iudicant **Nouell.** 42. *c.*3.*Nouell. Leonis* 17. vbi dicit Imperator, quod de re ſacra ſanctiſsimos Patriarchas ſancire oporteat. Hinc etiam ſoli Epiſcopi cognoſcunt de hæreſi *textus elegans in l. cum recta* 5.*in fin.*C. *de Summa Trinitat.*Et Arcadius & Honorius Impp. *in l.*1. C.*Theodoſ. tit. de religion.lib.*16. aiunt. Quoties de religione agitur, Epiſcopos conuenit iudicare. cæteras vero cauſas, quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vſum publici Iuris pertinent, legibus oportet audiri, Et textus bonus *in l. omni innouatione* 6.C.*de Sacroſanctis Eccleſ.* Omni innouatione ceſſante, *inquit*, vetuſtatem & canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui vſque nunc tenuerunt,etiam per omnes Illyrici prouincias ſeruari præcipimus, vt ſi quid dubietatis inciderit,id oporteat (non abſque ſcientia viri Reuerendiſsimi Sacroſanctæ legis antiſtitis Eccleſiæ, vrbis Cõſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur) *Conuentui Sacerdotali* ſanctoque iudicio reſeruari.Et præclarus textus *in Nouell.*123.*cap*.21.§.2. *Vid. quæ ſcripſi cap.de Interpretatione ſacræ Scripturæ.*

Epiſcopi Catholici rectè iudicant.

Epiſcopi cognoſcunt de hæreſi.

Obiectio aduerſariorũ.

Nec obſtat, quod extent Nouellæ conſtitutiones quamplurimæ Iuſtiniani Imperatoris,,in quibus liberè ac pro ſuo Iure de rebus innumeris ad religionem pertinentibus ſine vlla Romani Papæ mentione decernit.*Ita Hotoman lib.*1.*amic.reſpon.*

1.*vbi*

Digitized by Google

1. vbi multas Nouellas conſtitutiones adducit, & alia quæ de rebus Eccleſiaſticis Imperator ſtatuit. Solutio.

Nam reſpondet Fachin. *controuerſ. Iuris lib.* 8. *cap.* 1. Nullam ex his legibus, quas Hotomannus profert, & quæ extant, tum in Codice Iuſtinianæo, tum in Nouellis (directò) pertinere ad fidei & religionis profeſsionem, de qua ipſe Imperator ad ſummũ Pontificem *in d l. inter claras*, &c. reſcripſit. Quare argumentum nullius eſt momenti: Quod enim in iſta Epiſtola profitetur, quæ ad ſtatum Eccleſiaſticum pertinent ſe ad Romanum Pontificem delaturum, accipiendum eſt de ijs, quæ ad fidem pertinent, & fundamentum Eccleſiæ, vnitatis & religionis. Nec tamen ideò dico, potius Imperatorem de rebus Eccleſiaſticis, puta Clericis, ac Monachis & Epiſcopis, de quibus multa ſtatuit, ſuo Iure decernere, ac leges ferre, quia hanc Eccleſiaſticam poteſtatem ad ſummum Pontificem pertinere certum eſt, *ſicut habetur in c. 2. de maioritat. & obedient. & in c. per Venerabilem, &c. Qui filij ſint legitimi, &c. & paſſim.* Sed quis poterat Imperatorẽ impedire, quo minus illa ſtatueret, cùm tam potens eſſet, & ſummi Pontifices, totaque Eccleſia continuis ferè perſecutionibus exagitaretur, & ope indigeret Imperatoris, nec leges iniuſtas eſſe conſtitutas viderent. Hactenus Fachinæus.

Quinimo legamus hiſtorias, inueniemus Imperatoris noſtri prædeceſſores, puta Conſtantinum, Iouianum, Theodoſium, diuerſis aliquando ſectis ſuæ religionis exercitium permiſiſſe, quæ ſanè permiſsio effecit, vt quælibet Eccleſia ſuas in factiones diuiſa Epiſcopi à conſuetudine mutua abhorrerent. Proinde in multas ſectas Orientales, Occidentaleſque atque etiam Lybicæ partes diſſectæ ſunt, *vt ſatis apparet ex l. Arriani* 5. *& tot. tit. C. de hæret.* Neque Oriens cum Occidente, neque rur- 3.

C ſus

Digitized by Google

Ante Iuſtinianum libertas religionis inexplicabilem peperit confuſionem.

ſus Lybia his conſentire voluit, & quod omnium indigniſsimum eſt, neque ipſi inter ſe Orientalium Eccleſiarum Antiſtites ad communionem conueniebant, neque Europæi, atque Occidentales, neque Lybici Epiſcopi conuentus inter ſe agebant. Tanta confuſio mentiumque caligo orbem vniuerſum inceſſerat. An non igitur opus erat potente quodam Imperatore, qui has extirpans hæreſes, ſtatum ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodiret? An nō pro communi ſanctiſsimarum Dei Eccleſiarum pace imperialia requirebantur edicta, quo vnitas ſanctarum Eccleſiarum, (quæ habetur ab Apoſtolica ſanctitatis Sede) conſeruaretur? *arg.* *Nouell.* 42. *cap.* 3. §. 3.

Imperator vtilitatem Eccleſię quęrit, ſicut propriæ animæ.

Sacerdotiū ac Imperiū concurrunt.

Non minor enim eſt cura Imperatori horum, quæ ſanctiſsimis Eccleſijs proſunt, quam ipſius animæ *Nouell.* 3. *in fin.* maximè quando hæretici anathemata piorum Pontificum & Epiſcoporum vili penderent? *l. decreuimus* 16. C. *de SS. Eccleſ.* Igitur neceſſum fuit, vt diuina & humana, id eſt, ſacerdotium & Imperium pariter concurrerent, & vnam conſonantiam rectis ſententijs facerent *ſecundùm Nouellam* 42. *De depoſition. Anthim. & Seuer.* &c. *princ.* vt non immeritò quis dixerit cum Iuſtiniano *in Nouell.* 6. *Quomod oporteat Epiſcopos,* &c. Maxima in hominibus Dei dona eſſe à ſuperna collata clementia, Sacerdotium & Imperium, & illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens ac diligentiam exhibens: ex vno eodemque principio vtraque procedentia, humanam exornant vitam, *confer Nouell.* 7. *cap.* 2. Quinimo licuit Imperatori in tali, tam periculoſo Eccleſiæ ſtatu, leges condere Eccleſiaſticas, idque conſentientibus Epiſcopis & ſubditis proponere, eaſque aduerſus rabiem furioſorum hæreticorum defendere? *l. ſanctiſsimarum* 44. §. *tua igitur* 2. C. *de Epiſcop. & cler.*

Digitized by Google

cler. l. nemo.4 ibi. per noſtra præcepta C. de ſumma Trinitat Nouell. 42.princ. & cap. 3. vt recte conducat Gloſſ.in Nouell.vt Eccleſ. Romana per l. fin. princ.C. de quadrien. præſcription. Eccleſiaſticas perſonas ſubditas fuiſſe Imperatori quo ad defenſionem, ac protectionem, licet hodie clerici ſunt exempti à poteſtate Imperatoria idque Imperatorum ſpeciali voluntate c.ego Ludouicus 63.diſt.

Dixi *conſentientibus Epiſcopis.* Neque enim patiebatur quicquam quod ad Eccleſiaſticum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum ac indubitatum eſſet,quod mouetur,vt non etiam Apoſtolicæ ſanctitati (ſummo Pontifici) innoteſceret, *d.l inter claras §.reddentes princ.* Præterea Imperatori permiſſum fuit, quæ ſit recta Chriſtianorum fides ſubditos edocere, ac de religione commonefacere *l. docere 3. princ.C.de ſumma Trinit.* quomodo aut ſentiat ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, aut prædicent ſanctiſsimi eius ſacerdotes,quos & Imperator ſequutus, manifeſta facit ea, quæ fidei noſtræ ſunt, non quidem innouans fidẽ, quod abſit,ſed coarguens eorum inſaniam, qui eadem cum impijs hæreticis ſentiunt. *Ita textus in l.cum Saluatorem 6. in princ. C. de ſumma Trinitat. confer text. in d.l. inter claras §.reddentes verſ. Omnes vero ſacerdotes,&c. Nouell. 28. de moderatore Helenoponti c. 2. & Nouell. 29. De Prætore Paphlagoniæ c. 1. verſ. Cæterum circa ſacerdotia nihil innouamus,&c. Nouell. 31 de deſcriptione quatuor præſidum Armeniæ.c.2.§. quæ vero 1. & vt* dicit Gloſ.*in Nouell.6. Quomod. oporteat Epiſcop.* non inueniendo de nouo,vel conſtituendo ponit, ſed recitando ſacras regulas,contra quas ſi quis fecerit, imponit pœnas *dict. Nouell. 6. in fin.* 4.

Vltimo Romanus princeps hoc familiare habet tardos Epiſcopos & Eccleſiæ defenſores officij ſui admonere *bonus textus in Nouell.133. cap. 5.ibi.* Neq; 5.

enim Imperium deſpiciet hoc negligi, neque retinebit indignationem aduerſus Abbatem, neque contra loci Epiſcopum, Et ſub eo poſitos defenſores Eccleſiæ, ſi non hæc obſeruauerint tanquam neceſſaria ſit etiam Imperio rei diligentia. *Confer can. principes 23. quæſt. 5. & Nouell. 137. per tot.* Licet verò Principes, ait ipſe Duaren. *in præfation. de ſacr. Eccleſ. miniſt.* negligentibus Epiſcopis ac ſacerdotibus leges plerumque ad gubernationem Eccleſiarum, & ritus Eccleſiaſticos pertinentes ferrent, tamen ea veneratione ſacros illos Canones proſequebantur, vt ab eorum præſcripto vix vnquam ſibi deflectendum eſſe dicerent. Et Iuſtinianus noſter diſertè ait, ſe ita leges ſcribere, vt ſacros Canones imitentur.

5. Eſt igitur vera Catholicorum ſententia, quod iudicium de doctrina fidei ſit penes Epiſcopos Venerandæ ſedis ſummi Apoſtoli Petri, non penes Imperatorem vel Reges Chriſtianos. Nam à cōdito æuo auditum non eſt, Iudicium Eccleſiæ ab Imperatore auctoritatem ſuam accepiſſe.

6. *An Scriptura ſit iudex controuerſiarum.* Neque Scriptura ſacra poteſt eſſe Iudex controuerſiarum fidei. Nam iudex debet omninò certam in cauſa ferre ſententiam §. *curare 33. Inſt. de actionibus l 1. & 2. C. de ſentent. quæ ſine cert.* Hoc autem non facit ſacra Scriptura, quia nullibi in ſpecie damnat horum vel iſtorum errores, ſed ad hoc obmuteſcit. Ergo, &c.

7. Plurimi quoq; Principes ſuos fidei Iudices cōſtituunt, putantes hoc iuri diuino fere cōſentaneum. Nam docent, & ſuos iuramento fateri cogunt. Principes ſeculares eſſe in regnis ſuis atque Domicilijs ſuprema Eccleſiæ capita.

An Principes ſeculares ſint fidei Iudices. Hinc igitur, ſoluitur quæſtio illa vulgaris: An Principes in ſuis regnis ſint legitimi fidei Iudices? & ſane in re ciuili exploratum eſt Regem in ſuo regno

regno non habere exteriorem Iuriſdictionem, nec eſſe in ſuo regno ſupra Epiſcopos & Pontificem, id eſt, Regem eſſe ſupremum iudicem Eccleſiaſticum, qui ſua authoritate à nullo alio in terris dependente poſsit conuocare Synodos, ijs præſidere, controuerſias circa fidem & religionem dirimere, beneficia conferre, Epiſcopos conſtituere, & deponere, & ſimiles actus religionis exercere, *textus eſt in Nouell.123. cap.21.§.2.* Si inquit Eccleſiaſticum negotium ſit, nullam communionem habento, ciuiles magiſtratus cum ea diſceptatione, ſed religioſiſsimi Epiſcopi ſecundùm ſacros Canones finem imponunto. Imperator expreſsè decernit Politicos & ſeculares Principes non debere adeſſe, multo minus præſidere in negotijs & diſceptationib⁹ Eccleſiaſticis. Quare? quia vult in ea re ſeruari ſacros Canones, quibus cautum eſt, vt Epiſcopi, non autem Principes tractent cõtrouerſias ad Eccleſiam pertinentes, *Et textus in l. inter claras* 8. *princ. C. de ſumma Trinitat.* Inter claras, inquit, ſapientiæ ac manſuetudinis veſtræ laudes, Chriſtianiſsime Principum, puriore luce tãquam aliquod ſydus, irradiat, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio edocti Eccleſiaſticis diſciplinis Romanæ ſedis reuerentiam conſeruatis, & ei *cuncta* ſubijcitis, & ad eius deducitis vnitatem. Item Nouell.6. *Quomod. oport. princ. vbi* dicitur Sacerdotium diuinis miniſtrare, Imperium vero humanis præſidere. Ergo cum rex ſacerdos nõ ſit, diuinis miniſtrare aut præſidere nequit.

CAP. XVI.

DE DISPVTATIONE RElígionis.

HINC nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuſlibet conditionis

de fide Chriſtiana publicè turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionẽ requirens. Nam & iniuriã facit iudicio Reuerendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contenderit.

Textus in l. nemo 4. C. de ſumma Trinitat. & fide Catholica, & vt nemo de ea publicè contendere audeat, Et ibi ſubiungit pœnam temerarij diſputatoris in fine. Quod ſi clericus erit, qui publicè tractare de religione auſus fuerit à conſortio clericorum ſubmouebitur, ſi militia præditus, cingulo ſpoliabitur, cæteri autem huius criminis rei, ſi quidem liberi ſunt, de hac ſacratiſsima vrbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus ſupplicijs ſubiugandi, ſi vero ſerui ſeueriſsimis animaduerſionibus plectentur. Vbi addit Salycet. quod turbis coadunatis clam diſputare (ſicut faciunt hodie ſectarij in locis, vbi non datur ijs ſuæ religionis exercitium) eſt maioris doli, quia ſic videntur facere, vt facilius errores ſuos imprimant, in plures audientes, & eſt præſumptio, quod ex certa ſcientia id faciant. Adde ſuperioribus bonos textus *in l. damnato 6. §. nec vero 1. & l. quicunq, 8. §. nulli 5. verſ. Nulli etiam, C. de hæretic. & Manich.* Vbi addit, quod vltimo ſupplicio coerceantur, qui illicitã docere tentauerint, & *textus in l. qui in Monaſterijs 29. C. de Epiſcop. & cleric.* Caueant autem, *inquit*, hi (Monachi Apocriſarij) qui ita exibunt ne de religione, vel doctrina diſputent, vel conciliabulis præſint, vel turba concitata ſimpliciorum animas ſeducant, ſcituri, quid ſi noſtræ pietatis ſtatuta neglexerint, legum auſteritati ſubijcientur.

Item

Item textus in Nouell. 42. *De depoſitione Anthimi & Seuer, &c. c.3. §. 1.* Interdicimus *ait Imperator,* omnibus conantibus Catholicam Eccleſiam diuellere (ſiue ſecundùm Neſtorij hæretici doctrinam, ſiue ſecundùm inſenſatam Eutychis traditionem, ſiue ſecundùm blaſphemiam Seueri, qui & ſimilia illis intellexit, aut eorum (Lutheri & Caluini) qui illos ſequuntur, ſeditionem immittere ſanctiſsimis Eccleſijs, & loqui aliquid de fide, ſed ſancimus quemlibet talium ſilentium ducere, & non conuocare aliquos ad ſe, neq; accedentes recipere, aut parabaptizare audere, aut ſacrā cōmunionem (*Notate Caluiniſtæ*) ſordidare, & ipſam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, ſiue in hac noſtra regia, ſiue in alia ciuitate, ſed omne ſupportare periculum, ſi quid tale fecerint. Item ſi non licet diſputare, de principali iudicio, ſed ſit inſtar ſacrilegij *l. diſputare 3. C. de crimine ſacrileg.* quanto minus de Catholica religione diſputare licebit? Sectarij ſeditionem immittunt Catholicis Eccleſijs.

2. Quatenus liceat diſputare de religione.

Hiſce adde Fabrum *in breuiario, quod ſcripſit ſuper Codicem in d. l. nemo 4. Vbi* ait, quod Iure canonico hodie laicus de fide diſputans ſit excommunicatus. *per c. quicunque extra de hæreticis in 6.* Credo tamen, quod ad defenſionē orthodoxæ fidei, hodie contra hæreticos diſputare ſit licitum, nimirum vt magis confundantur & reſipiſcant. *Gloſſa in l. quoniam Venerabilis C. de Epiſcop. & cleric. Facit quod ſcribit Ioannes Paulus VVinueelx in Theologia Iuriſconſultorum lib. 1. loc. 8. in fin.* At obijcis, *inquit,* non conſultum videtur hæreticos non conuincere erroris, qui ſimpliciores ſollicitant & eorum fidem corrumpere nituntur. Reſpondeo, ſi quis ſolida polleet eruditione Theologica & dexteritate redarguendi hęreſes, non ſolum non eſt prohibitum, imò etiā neceſſarium diſputare, ne taciturnitas ſit confirmatio erroris. *Huc facit d. l. quoniam & 23. q. 6.*

vides. Coram inſtructis & firmis in fide diſputare nihil prohibetur. *C. in mandatis 43. diſt. Vide quæ huc pertinent 96. diſtinct. nos ad fidem in Gloſſ. & innoc. in c. 11. de ſumma Trinitat.* & Azonem *in ſumma Codic. tit. de ſumma Trinitat. n.* 8. Vbi ait, quod ſi aliquis diſputet de fide, vel in Sholis, vel in domo, vel vbicunque cum diſcretis cauſa inquirendæ veritatis, vel vt intelligat, quæ tradita ſunt de fide Catholica, vel vt ſciat reprobare errores hæreticorum, non eſt hoc reprobandum, Imò commendandum, vt de Fabiano dicitur *in l. quoniam 23. C. de Epiſcop. & cleric.* vbi Gloſſ. *l. 1. C. de ſumma Trinitat. & de Beato Syluestro legitur.* Item Ariſtoteles ait: Dubitare de ſingulis non eſt inutile. Quod idem allegat Gloſ. *in d. l. nemo verb. requirens C. de ſumma Trinitat.*

3. Si omnia breuiter comprehendere velis, ſic diſtingue: Quidam diſputant, vt fidem ſubuertant & hoc non licet *de l. nemo clericus.* Quidam diſputant de fide, vt addiſcant, vel cauſæ veritatem inquirant, & hoc licet. Quidam diſputant ad confuſionem hæreticorum, vel ad veritatem clarificandam, vel ad fidem extollendam. Et hoc licet *d. l. quoniam Venerabilis.*

4. Hodie quilibet ruſticus vult diſputare de Fide & ſcripturam interpretari, hinc illæ lachrymæ.

Sectarij paſsim omnibus indifferenter religionis diſputationem permittunt. Hinc fit, dum quilibet ruſticus Scripturam ſacram pro ſuo capite interpretatur, dum vnuſquiſque ſibi de doctrina religionis iudicium arrogat, dum nihil in ſacris literis difficile, nihil obſcuri eſſe perſuaſum habet, dum præter eas nihil recipi, traditiones autem Patrum prorſus reijci debere cenſet, tam multæ nouæ hæreſes exoriantur, vt hodie numerentur ſectæ octo & ſeptuaginta, quæ ex vno Lutheri Euangelio (quod retrò omnibus ſeculis incognitum fuit) natæ ſunt.

CA-

CAP. XVII.

DE LIBERTATE RELIgionis.

HINC deducitur, libertatem religionis, vel licentiam credendi quiduis iure penitus improbari.

Cuius contrarium alias falſò docuerunt *Caſſander libro de officio pij viri. Vigelius in præfation. paraphraſeum, Inſt. Iuris & alij.* multi quos appellant Libertinos, qui cuiuis licitum eſſe concedunt credere quid velit, modò in Rep. ſe obſequentem præbeat ciuili magiſtratui & honeſtè viuat, quam libertatem mordicus etiam defendunt Caluiniſtæ in Polonia & Lithuania, dum approbant ac defendunt confœderationem Polonicam de libertate religionis vnicuique Sectæ hæreticorum permittenda. Eamque doctrinam confirmat Luther. *Tom.3. Germ.Ien.fol.*115.vbi ait,quod cuiuis licitum ſit credere,quid velit,ſiue Euangelium, ſiue mendacium. 1.

De Libertinis hæreticis

Hanc autem eſſe falſam ac mendacem doctrinam prima lex in Codice ſtatim oſtendit, vbi Imperatores Gratianus, Valentinian. & Theod. ſic aiunt:Cunctos populos,quos Clementiæ noſtræ regit imperium in tali volumus religione verſari, quam Diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamque Pontificem Damaſum ſequi claret,& Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis. 2.

Item textus *in l.quicunque* 8. *C.Eodem.* vbi Valentinianus, & Martianus Imperatores non aliter nos credere iubẽt, quam ſicut Athanaſius & Theophy-

phylus & Cyrillus ſanctæ recordationis Epiſcopi Alexandrinæ ciuitatis crediderunt, qui ſanè non niſi Romanam atque Apoſtolicam fidem amplexi fuere. Adde Imperatores *in l. omnes 2. C. de hæretic.* Omnes, *inquiunt*, legibus diuinis & Imperialibus, Conſtitutionibus vetitæ hæreſes perpetuò quieſcere debent. *textus in l. nullus C. de ſumma Trinitat. princ.* Nullus hæreticis miniſteriorum locus ad exercendam animi obſtinatioris clementiam pateat occaſio. Sciant omnes, etiam ſi quid ſpeciali quolibet reſcripto per fraudem elicito ab huiuſmodi hominum genere impetratum ſit, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ, vnius & ſummi Dei nomen vbique celebretur. Nicænæ fidei dudum à maioribus traditæ & diuinæ religionis teſtimonio atque adſertione firmatæ obſeruantia ſemper manſura teneat. *Et* §. 2. & ſi quid eruptio factioſa tentauerit, ab ipſis vrbium mænibus exterminato furore propelli iubemus, vt cunctis Orthodoxis Epiſcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Eccleſiæ toto orbe reddantur. *Et l. cuncti C. de hæreticis*, Cuncti hæretici procul dubio nouerint omnia ſibi loca adimenda eſſe. *textus in l. 1. princ. C. de paganis.* Placuit (ait Imperator Conſtantinus) omnibus locis atque vrbibus vniuerſis claudi protinus templa & acceſſu vetito omnibus licentiam perditis delinquendi denegari. *textus in l. inter claras* 8. §. *liquet C. de ſumma Trinitat.* Ad non credentes, *inquit*, per nos primus Apoſtolorum Eſaiæ Prophetæ verbum dicit: Ambulate in lumine ignis veſtri & flãmæ quam ſuccendiſtis. Sed obduratum eſt cor eorum, vti ſcriptum eſt, vt non intelligerent, & paſtores vocem eius, quæ meæ non erant audire minimè voluerunt, in quibus obſeruantes ea, quæ ab ipſorum ſunt ſtatuta Pontifice, eos minimè in no-

ſtra

ſtra communione recipimus, & ab omni Eccleſia Catholica iuſsimus eſſe alienos, niſi errore damnato doctrinam noſtram quantocyus ſequi habita regulari profeſsione ſignauerint. AEquum quippe eſt, vt qui noſtris minimè obedientiam accommodant, ſtatutis ab Eccleſijs habeantur extorres. ***Et textus præclarus in Nouell.42. per tot.*** Hinc vult Iuſtinianus, nos non aliter credere debere, quã iudicauere, ac diſpoſuere Sacroſancta Concilia, contra quæ nihil liceat, dictare, ſcribere, aut edere *l. quicunque 8.§.5.& l.6.§.1. C.de haret.& Manichæis*, &c. Imò quòd Iuſtinianus non permiſerit ſectarum licentiam, hoc vbique demonſtrant grauiſsima eius in Iure ſcripta edicta, quibus varias ſectas prohibuit, exploſit atque extinxit. ***De quibus vide l.3.4.5.6.7.8.& tot. tit. C. de hæretic.*** In ſumma Pax Eccleſiæ & vnitas religionis cuſtodiunt Principem in grata tranquillitate.

Pax Eccleſiæ & vnitas religionis cuſtodiunt Principem in tranquillitate.

Obſerua tamen & ſic ſuperiora declara. Tametſi Princeps aut Magiſtratus Catholicus omnibus modis impedire debeat libertatem religionis, ſi tamen id facere non poſsit ſine grauiori incommodo boni publici, poſſe eam tolerare tanquam minus malum ad euitandum maius, quod alioqui ſequeretur. Hoc fundatur in illo axiomate communi: Ex duobus malis minus eligendum eſt, ſcilicet ſi vtrumque euitare non poſſumus. Et ratio eſt, quia in tali caſu illud minus malum non eligitur præcisè, vt malum quoddam eſt, ſed vt medium vtile ad euitandum maius malum, ac proinde eligitur ſub ratione boni vtilis. *D. Thomas, Caietanus & alij grauiſsimi authores, Gratianus diſtinct. 13. cap. Nerui. Idem confirmatur ex parabola Zizaniorum, quam adfert Chriſtus Matth.13.* Cùm *enim* quærerent ſerui à Patrefamilias. Vis imus & colligimus ea. Reſpondit: Non ne fortè colligentes Zizania, eradicetis

3. Quando Princeps libertatem religionis dare poſſit.

dicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. Vult Chriſtus ſignificare hæreticos aliquando tolerandos eſſe in medio Catholicorum, præſertim cùm periculum eſt, ne ſi eradicentur hęretici, ſimul etiam euellantur Catholici. *Becanus, Maldonatus*, &c.

Cap. XVIII.

De ſacris Apoſtolicis regulis ſiue canonibus.

DENIQVE Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Reuerentiam & Principatum non tantum nos decet conſeruare, in omnibus ei ſubijcere, & ad eius vnitatem deducere omnia, & ſequi in omnibus (*a*) ſed etiam eius ſacras regulas pro legibus habere. (*b*)

(a) *Hæc omnia probātur clarè per l. inter claras prin. §. reddentes, & §. liquet & per tot. C. de ſum. Trinit. & ſupra c.* 8. (b) *l. cum clericis* 25. § *memorari C. de Epiſc. & Cler. l.* 12. §. 1. C. *de Sacroſ. Eccleſ.* Omnes, *inquiūt,* Imperat. Valen. & Marcian. pragmaticas ſanctiones, quæ contra canones Eccleſiaſticos interuentu gratiæ, vel ambitionis elicitæ ſunt, robore ſuo & firmitate vacuatas ceſſare præcipimus, *& textus in l. Nouell.* 5. *De Monachis in fin. ibi.* ea quæ ſacris regulis continentur, quas noſtra ſequitur lex, &c. *& c.* 7. *& Nouell.* 6. *Quomod. oportet Epiſcop. & reliquos ad ordination.* Benè autem, inquit, vniuerſa geruntur, & competenter, ſi rei principium fiat decens & amabile Deo. Hoc autem futurum eſſe credimus, ſi ſacrarum regularum obſeruatio cuſtodiatur, quam iuſti

Ibi omnia male geruntur, vbi obliuio ſacrarū regularum.

Digitized by Google

iuſti & laudandi,& adorandi inſpectores, & miniſtri Dei verbi tradiderunt Apoſtoli & ſancti Patres cuſtodierunt & explanarunt, *Et* §.8.Eò quòd à præcedentibus nos Imperatoribus, & à nobis ipſis rectè dictum eſt, Oportere ſacras regulas pro legibus habere, *& Nouell.Conſtit.*42. *De depoſitione Anthimi & Seueri per tot.& Nouell.Conſtit* 83. *Vt Clerici apud proprios Epiſcopos,&c.c.*1.*vbi ait*: Sacras & diuinas regulas leges ciuiles non dedignari ſequi. *& l.*45.*Sacris C.de Epiſc.& Cleric.* Sacros autem,*inquit*, Canones non minus,quam LL. valere,etiam noſtræ volunt Leges, ſancimus obtinere in illis,& quæ ſacris viſa ſunt canonibus,perinde ac ſi ciuilibus inſcriptum eſſet legibus. *Et infra.* Quod enim ſacri Canones prohibent id etiam & nos per noſtras abolemus leges.*Nouell.*131. *De Eccleſiaſticis titulis cap.*1. Nulli itaque fas eſt, vel velle, vel poſſe transgredi Apoſtolicæ ſedis pręcepta,*inquit D.Gregorius ca.nulli fas diſt.*19.

Oportet ſacras regulas pro legibus habere.

Cap. XIX.

An Eccleſia Conſtantinopolitana ſit ſubiecta Romanæ.

Eccleſia Conſtantinopolitana reliquæque Orientales ſubiectæ ſunt Romanæ.

Textus eſt in ſæpedicta l.inter claras.§. Petimus ergo,vbi ait Imperator, quòd Patriarcha Conſtantinopolitanus ſedem Apoſtolicam in omnibus ſequi feſtinet. Minor igitur eſt Apoſtolico & Patriarcha Romano,*infert ibidem Gloſſ.*Quemadmodum etiam ſacerdotes vel Eccleſiæ Orietales omnes Romanæ

Digitized by Google

Eccleſiæ verè ſunt ſubiectæ, *d. l. inter claras §. reddentes*, &c. Ideoque inquit textus omnes Sacerdotes vniuerſi Orientalis tractus & ſubijcere & vnire ſedi veſtræ ſanctitatis properauimus, *& textus in Nouell.* 131. *c.* 2.

3. Hiſce nihil obſtat *l. Conſtantinopolitana* 24. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* quæ interpretem habet Contiũ, vbi dicitur Conſtantinopolitanam Eccleſiam omnium aliarum eſſe caput. *Sicut alibi in Nouell.* 2. *Vt determinat. ſit cleric. maioris Eccleſiæ. Et in Nouell.* 16. *c.* 1. Imperator Conſtantinopolitanam maiorem Eccleſiam appellat Imperij ſui matrem, & alibi religionis atque fidei matrem *l. iubemus* 14 *princ. l. decernimus* 16. *C. de SS. Eccleſia*, quia hoc exaudiẽdum, non quaſi Conſtantinopolitana Eccleſia Romanæ Eccleſiæ ſit caput, ſed quæ in vniuerſo Conſtantinopolitano ſunt tractu, omnium aliarum Eccleſiarum, & quod in ijs locum obtineat ſedis Apoſtolicæ Romanæ *arg. Nouell.* 131. *c.* 3. *in fin.* Ideò in Nouell. 57. *Vt Clerici qui recedunt, &c.* ita ſcribitur Patriarchæ Conſtantinopolitano: Imperator Iuſtinianus Auguſt. Mennæ ſanctiſsimo huius regiæ vrbis Archiepiſcopo & vniuerſi *eius tractus* Patriarchæ. Quo ſenſu idem Conſtantinopolitanus Patriarcha nominatur, *Nouell.* 5. *& Nouell.* 7. *in inſcriptionibus & Nouell.* 83. *in princ. l. certiſsimè* 34. *in inſcript. C. de Epiſcopal. aud. l. cognoſcere* 7. *in inſcriptione C. de ſumma Trinitat.* nihilominus Eccleſia Romana verè caput eſt Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſicut omnium aliarum Eccleſiarum, vtpote quæ vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopatum ſibi iure vendicat. *dicta l. inter claras* 8. *princ. & §. petimus ergo* 5. *& paſsim per tot. Nouell.* 9. *in princ. & Nouell.* 131. *De Eccleſiaſticis titulis c.* 2. *d. l.* 7. *princ. C. de ſumma Trinitat. Nouell.* 42. *in princ.*

4. Nihil obſtat *l. decernimus* 16. *de SS. Eccleſijs*, Vbi hæc

Digitized by Google

hæc habentur formalia: ſacroſanctam huius religioſiſsimæ ciuitatis Eccleſiã & matrem noſtræ pietatis & Chriſtianorum Orthodoxæ religionis omnium, & eiuſdem regiæ vrbis ſanctiſsimam ſedem Priuilegia & honores omnes ſuper Epiſcoporum creationibus & Iure ante alios reſidendi, & cætera omnia, quæ ante noſtrum imperium, vel nobis imperantibus habuiſſe dignoſcitur, habere in perpetuum firmiter regiæ vrbis intuitu iudicamus & ſancimus. *Dat.16. Kal. Ian. Armatio V.C. Conſſ.* 476. Nam rectè reſpondet Fachinæus *lib* 8. *Controuerſ* 1 *poſt alios*, quod illa nihil ſtatuat in præiudicium Romanæ Eccleſiæ, *Vt ibidem quoque annotauit Accurſ.* Nam hic ait, Conſtantinopolitanam Eccleſiam ſecundam eſſe matrem poſt ſedem Romanam *d.l. iubemus* 14. *Nouell.* 131. *c.* 2. *d. l. inter claras* 8. *§. reddentes*, vel matrem ſaltem ciuitatis Conſtantinopolitanæ. Et latius Fachinæus *dicto in loco* ſic ait. Cùm Baſiliſcus abſente Zenone ac deinde in Iſauriam etiam profugiente Acacio Patriarchæ atque Archiepiſcopo Conſtantinopolitano complures ademiſſet Prouincias, in quibus Antiſtites conſtituendi Ius antea ei competierat: Zeno expulſo Baſiliſco imperium recepit & continuò illam legem promulgauit, qua infirmantur ea, quæ Baſiliſcus conſtituerat & Acacio cæteriſque Epiſcopis ſuæ ſedes reſtituuntur, *ſicuti explicat optimè Iacobus Cuiacius lib.* 2. *Obſeruat. cap.* 19. Itaque nihil Zeno ibi ſtatuit de Patriarcha Conſtantinopolitano, in comparatione Epiſcopi Romani, qui eſt ſummus Pontifex, & primum locum obtinet, ſed prima ſedes reſtituitur Patriarchæ Conſtantinopolitano, quoad alios Epiſcopos. Et vt omnis ceſſet dubitatio circa Romanum Epiſcopum & Patriarcham Conſtantinopolitanum, notum eſt à Pontifice Romano octo Patriarchas Conſtantinopolitanos depoſitos fuiſſe,

Digitized by Google

fuiſſe, *quos enumerat Nicolaus in epiſt. ad Michaelem Imper.* Inter quos vnus fuit Anthimus, quem Agapetus Papa depoſuit & Mennam ordinauit, *vt Liberatus ſcripſit in Breuiario cap.* 21. *Zonaras in vita Iuſtiniani*, imò huius rei teſtis eſt Iuſtinianus ipſe *in Nouell.* 42. Cùm hæc ita ſint, liquido apparet, Conſtantinopolitanum Patriarcham parem non fuiſſe Romano Pontifici, quia par in parem non habet imperium. Quod verò ſubiungit Hotomannus *ex Nouell.* 131. priuilegium, quod Romanus Pontifex obtinet, ante omnes ſedendi, ſuo & ſuperiorum Impp.. beneficio obtinuiſſe, mendacium eſt. Nam fideliter non citauit verba dictæ Nouellæ, quæ ſic ſe habent: Sacrorum conciliorum dogmata, ſicut ſanctas Scripturas accipimus & regulas, ſicut leges obſeruamus, *ideoq; ſancimus ſecundùm earum* definitiones ſanctiſsimum ſenioris Romæ Papam primum eſſe omnium Sacerdotum. Omiſit Hotomannus illa verba: Secundùm earum definitiones, quibus apparet ita in Concilijs definitum fuiſſe, non autem à Iuſtiniano tributum. Sed nec à Concilijs hæc Priuilegia donata ſunt, verum ab ipſo Deo, *vt meritò Nicolaus, in epiſtola ad Michaelem Imperatorem dicat:* Iſta Priuilegia huic ſanctæ Eccleſiæ à Chriſto ſunt data, à Synodis non donata, ſed celebrata & honorata, &c.

Concilijs definitum Papam omniũ primum eſſe ſacerdotum.

3\. Nihil obſtat *l. omni inuocatione 6. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi dicitur vrbem Conſtantinopolitanam Romæ veteris prærogatiua lætari, *adde l. generaliter 52. in fin. C. de Epiſcop. & Cleric. & l.* 1. *C. de Priuil. verb. Conſtantinopol.* Nam intellige ipſam Conſtantinopolitanam vrbem, tanquam nouam Romam *l. 5. C. de operib. public. l. vlt. C. In quibus cauſ. pug.* (quæ ſic propter translationem imperij dicta) Romæ veteris prærogatiua lætari, ſcilicet vt ipſa ciuitas Conſtantinopolitana Romæ veteri nequaquam

ſit

Digitized by Google

ſit imperio ſubiecta, non tamen vt ſimili gaudeat Eccleſiaſtica Iuriſdictione cum Romana: huius enim ratione cuncta Romanæ ſedi ſubiecta ſunt *d. l. inter claras & paßim*, vel dic latius ſicuti notat Gloſſ. *in Nouell. 9. vt Eccleſia Romana*, &c. quod Roma in Iure ciuili multa præclara ſortiatur nomina. Nam *in dict. Nouell. 9. dicitur* Anterior vetus, *l. ingeneraliter 52. in fin. C. de Epiſcopis & Cleric. l. intra vrbem 5. C. de operib. publ. Item* Splendidiſsima, æterna, regia, antiqua, inclyta, alma, ſacratiſsima, fœliciſſima, ſenior, florentiſsima, maxima, Glorioſiſsima, *vti probat Gloſſ. dicto in loco & ſunt paßim textus in Iure.* Et hoc nomen Anterior eſt reſpectiuum, nam eſt ſecunda Roma, vt Conſtantinopolis, quæ videtur habere eadem Priuilegia omnia, quæ vetus habet *l. 1. C. de Priuil. vrb. Con.* niſi in quibuſdam, nam vetus habet primam ſedem Eccleſiarum, ſecunda habet ſecundam, *Nouell. 131. c. 2.* Item originem legum habet vetus Roma & non noua *dict. Nouell. 9.* Item fontem ſacerdotij habet vetus & non noua *dict. Nouell. 9.* Item vetus Roma caput eſt orbis terrarum. Et Imperator ibi creatur non in noua *l. nemini 3. §. Quoniam C. de conſ. & non ſparg. l. 1. §. pen. C. de Vet. Iur. enucleand.* Item Priuilegium quod habet Vetus Roma in præſcriptione centum annorum, non habet noua Roma *dict. Nouell. 9 in Rub.* Vnde rectè ait Damaſus Papa *in C. huic ſoli diſt. 17.* Huic ſoli ſedi Romanæ conceſſa, nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore Eccleſiaſtico indignus aut contemptor iudicari.

Romæ in Iure ciuili multa præclara nomina.

In quibus Eccleſia Romana ſit Anterior Conſtantinopolitanæ.

Neque hic placet ſolutio aliorum exiſtimantiũ *d. l. omni innouatione*, loqui quaſi vrbs Conſtantinopolitana Romæ veteris prærogatiua, id eſt, Patriarchatu lætetur *ar. l. decernimus 16. C. de SS. Eccleſ.* quia hoc nihil aliud eſt, quam diuinare.

Digitized by Google

Cap. XX.

DE VOCE PAPAE AC *Pontificis.*

Papa Pater.

VOx Papa Patrem ſignificat, Πάππας enim Græcum verbum *patrem* ſignificat *authore Suida:* antiquitus Epiſcopis tribuebatur omnibus.

Sic S. Hieronymus Sanctum Auguſtinum in omnibus Epiſtolis Papam vocat, *& ex noſtris vide Gothofred. in Nouell. 123. c. 3. & in l. cognoſcere 7. in verb. Sanctiſsimo Papa, &c C. de ſumma Trinitat.* quemadmodum & de vocabulo Pontificis cenſendum videtur, *arg. Nouell. 57. c. 2.* Sed per Antonomaſiam ſoli Romano Epiſcopo tribui ſolebat etiam ab Epiſcopis ipſis & Concilijs, cum ipſe tamen viciſſim neminem ſic, ſed filios aut fratres appellaret oẽs l. inter claras, princip. C. de ſumma Trinit. Concilio Chalcedonenſi act. 16. Beatiſsimus & Apoſtolicus vir Papa hoc nobis præcepit. Sic Stephanus Archiepiſcopus Carthaginenſes nomine triũ Cõciliorum Africæ epiſtolam ſcribens: Beatiſsimo Domino & Apoſtolico culmine ſublimato ſancto Patri Patrũ Damaſo Papæ & ſummo omnium Præſulum Præſuli.

De vocabulo Pontificis.

Papa omnes vocat filios aut fratres.

Cap. XXI.

DE TITVLO SVMMI *Pontificis.*

SVMMO Pontifici rectè ſcribitur: Beatiſſimo ac ſanctiſſimo Archiepiſcopo & Pa-

Digitized by Google

& Patriarchæ almæ vrbis Romæ, vel ſanctiſſimo Domino Papæ.

Ita reperies text. in d.l inter claras 8.§ reddentes, in inſcriptionibus & l. cognoſcere 7. princ. C de ſumma Trinit. & in Nouell. 9. in inſcriptione & Nouell. 131. de Eccleſiaſticis titulis c 2. & 3. Vbi Imperator ſummũ Pontificem Romanum nominat ſanctiſsimum, & Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum Beatiſsimum, quæ diſtinguuntur à Theologis. 1. Obiectio ſoluitur.

Superioribus nihil obſtat, quod ſummus Pontifex ſe ipſum ſimpliciter tantum nominet Epiſcopum vrbis Romæ, *vt vides in inſcriptione l inter claras, 8. C. de ſum. Trinitat.. Et alibi.* quia quamuis in Eccleſia ſint dignitates Epiſcopatu maiores, tamen quia in Eccleſia ſunt nouem ordines *23. diſt. Epiſcopus & ca. ſeqq.* (licet ſecundùm Theologos ſint 7. qui Epiſcopatum & Pſalmiſtatum omittunt) & inter iſtos nouem ordines Epiſcopatus ſit maior: ideò Papa nõ à dignitate, ſed ab ordine maiori volens vocat ſe Epiſcopum; *ſecundùm Ioannem Andr. in princ lib. 6.*

2. Nota hic primo, quod quando ſacratiſsimus Imperator Iuſtinianus ſummum Pontificem ſanctum atque religioſiſsimum nominat Patrem, *vt habes in d. l. inter claras*, viciſsim ſummus Pontifex Imperatorem hiſce paternis reſalutat verbis: Piiſsime fili, glorioſiſsime atq; clementiſsime fili, Itẽ Glorioſiſſimo atq; clementiſsimo filio Iuſtiniano Auguſto. Et merito: Nam cum Papa ſit Pater Eccleſiæ (Vicarius tamẽ quẽ nemo alius niſi Dominus conſtituere potuit *l. à Iudice 5. C. de Iud.*) rectè reges Chriſtianos & Imperatorem vocat filios. Quis enim dubitat, ſacerdotes Chriſti regum & principum, omniumque fidelium patres & magiſtros cenſeri, *vt inquit B. Gregorius in C. quis dubitet 96.* Ita in ſimili Grego-

rius Nazianzenus(quem Iuſtinianus pro ſancto habet *Nouell.* 137. *cap.* 1.) ***oratione ad populum timore perculſum & Imperatorem iraſcentem***, Imperatorē ouem nominat gregis ſui. Num, ***inquit***, vocem ſuſcipitis liberam? & quod lex Chriſti vos meæ poteſtati, meoque ſubiecit imperio? Imperamus enim & ipſi, addo & imperio maiori, & perfectiori. Suſcipe igitur Imperator vocem liberiorem: Scio te ouem eſſe Gregis mei, ***adde C. ſuſcipitis diſt.*** 10.

3. **De Coepiſcopis Cardinalibus & Choreepiſcopis.** Nota ſecundo, quod olim ſummus Pontifex fratres habuit viros ſanctiſsimos & Coepiſcopos, ***vt ait d. l. inter claras*** 8. ***in princ.*** quales vocantur ibidē Epiſcopi Hypatius atque Demetrius, per quos Catholicus Princeps Iuſtinianus confeſsionem fidei ſuæ, ***vt habetur in d. l. inter claras, §. reddentes,*** proprio chyrographo Ioanni Papæ ſecundo tranſmiſit, ſicut & munera, vt Scyphos, calices, palliola, &c. ***Ita legitur in primo tomo Conciliorum.*** Hodie habet Cardinales, qui ſuam dignitatem mutuarunt à Choreepiſcopis, ***vt ait Gothofred. in l. omnem*** 42. ***§. præterea ſancimus,*** 9. ***C. de Epiſc. & Cleric.*** quos æquant Præfectis, Prætorio ***Accurſ. Bart. in l.*** 1. ***D. de offic. Præſid. Prætor. Alber. in rubric. de ſtat. homin. Alciat.*** 1. ***prætermiſſ.*** Regibus. ***Clar. lib.*** 5. ***ſentent.*** §. ***vlt. q.*** 98. ***n.*** 5. Vtpotè in quibus reſideat tota ferè maieſtas Chriſtianę Reipublicæ ***Clarus ibidem.*** Choreepiſcopi autem dicebantur ***auctore Damaſo in epiſtola Laodicenſi cap.*** 57. quaſi χώρικοι, id eſt, ruſtici Epiſcopi, quia non in ciuitate, ſed per vicos & pagos munus Epiſcopi gerebant. Nam lectores, exorciſtas, cæteroſque inferioris ordinis clericos ordinare ipſis licebat, quamuis presbyteros, aut diaconos ordinare non poſſent. Verum hoc prætextu, quod inſolenter ſibi Epiſcopalem honorem arrogarent, tandem id munus ſublatum, ac antiquatum eſt, auctore Damaſo. Sic .n. ait ***in c. Choreepiſcopi diſt.*** 68. Choreepiſcopi

ſcopi

Digitized by Google

ſcopi tam ab hac ſacra ſede, quam ab Epiſcopis totius orbis prohibiti ſunt, nimis enim eorum inſtitutio improba eſt & praua, quia etſi de ſummo Sacerdotij miniſterio aliquid præſumant, omni tamen auctoritate carent.

Tertio nota, quod Imperator Epiſcopos, tanquam omnium ſpirituales Patres. *Nouell.* 81.*c.*3. Vt & Clericos, Monachos, Moniales & alios Religioſos vbique Sanctiſsimos, Beatiſsimos, Venerandiſſimos, Religioſiſsimos, Reuerendiſsimos, Venerabiles & Reuerendos, Deoque amabiles prædicet atque exclamet, *Vti apparet ex l. decernimus* 16. *C. de SS. Eccleſiis l. cum Clericis* 25. §. 1. *&* 2. *l. cum lege* 50. *princ. l. generaliter* 52. *princ. C. de Epiſcop. & Cleric. Nouell.* 5. *De Monachis c.* 9. *Nouell. Conſtit.* 16. *c.* 1. *Nouell.* 79. *c.* 2. *& in fin. dict. Nouell.* 81. *c.* 3. *auth. interdicimus C de Epiſcop. & Cleric. & paßim vbique, & textus in. l. ad ſimilitudinem* 21. *C. Eod.* vbi dicitur argumentum ab Epiſcopis ad illuſtres perſonas, quo ipſo ſatis oſtenditur Epiſcopos ſimiles eſſe illuſtribus perſonis. 4. De titulis Epiſcoporum, Clericorum, ac Monachorum.

Confer Nouell. 7. *in inſcription.* vbi ſic habetur: Imperator Iuſtinianus, Aug. Epiphanio ſanctiſsimo & beatiſsimo Archiepiſcopo fælicis huius ciuitatis & (O *Ecumenico*) Patriarchæ (*& Patriarcha Conſtantinopolitano*) Codices vetuſtiores habent ſic: Imperator Iuſtinianus, Epiphanio Archiepiſcopo, & Patriarchæ Conſtantinopolitano, &c. In fine ſemper addit, *Vt & in Nouell.* 92. *in fin.* Diuinitas te ſeruet per multos annos ſancte & religioſiſsime Pater. 5.

In ſumma Imperator noſter Eccleſiaſticarum perſonarum ſemper honorificam facit mentionem, ſecus, quam faciunt ſectarij hodie, qui non ſciunt, niſi vexare, & iudicare noſtros religioſos, quod hæreticis commune l. *Manichæi* 12. *C de hæretic.* Sectarijs cōmune vexare, ac iudicare religioſos.

Cap. XXII.

De osculo pedum Summi Pontificis.

Svmmvs Pontifex rectè oſculatur in pede. Hoc enim oſculum propter Reuerentiam, & obedientiam permiſſum eſt.

Reuerentia debita Vicario in humanis, cur denegaretur Vicario in diuinis?

Nam ſi Princeps Catholicus, qui humanis præſidet, hic in terris adorandus *l. 1. C. de Præpoſ. Sacr. cubic. l. 1. C. de Appar. Præfect. vrb. l. 1. C. de Appar. Præfect. Prætor l. 1. C. de Silent. & Decur.* cur non ſummus in terris Pontifex, qui diuinis miniſtrat & Principe Superior *Nouell. 6. princ.* reuerenter exoſculandus? Vel ſi Iure ciuili Purpura Principis venit adoranda *l. 4. C. de conſ. l. 1. C. de Appar. Præf. vrb.* Purpuram Romani Pontificis nihil obſtat, quo minus adoremus.

Reuerentia facta Papæ fit Deo.

Facit quia Reuerentia facta Papę fit Deo, *Iaſon in l 1. col. 2. D. de ferijs per l. non diſtinguimus. §. Sacerdotio 4. D. de recept. arbit.* Id enim *ait textus*, non tantum honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei indulgetur, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet, Quinimo Reuerentia facta ſedi Apoſtolicæ (hinc veneranda) fit ad honorem Omnipotentis, *Nouell. 9.* Ergo, &c.

2. Licentia ſalutandi S. Pontif. non paſsim omnibus conceſſa.

Nec paſsim omnibus promiſcuè ſalutandi licentia permiſſa *arg. de l. 4. & l. 2. & 5. C. de Proxim. Sacror. Scrin.* Poſtremo Vicarij Præfecti Prætorio oſculabantur à domeſticis, & protectoribus Principum *l. 1. C. de domeſtic. & protect.* cur iſtum honorem ſucceſſori Petri, ac Vicario ſummi Præfecti Prætorio denegaremus?

Nec

Digitized by Google

Nec obſtat quod ſolus Deus adoratur iuxta illud: 3. Solutio obiectionis.
Dominum Deum tuũ adorabis, quia adorare hic impropriè ponitur pro exhibitione Reuerentiæ. Nam adorantur Principes & ſalutantur alij, vt Barones *Gloſſ. in l. pen. C. de Conſulib.*

Accurſius ait *in d. l. 1. de domeſt. & protect.* rectè Papam oſculari in pede. 4. Sententia Accurſij de oſcul. pedis S. Pontif.

CAP. XXIII.

DE IVRISDICTIONE Summi Pontificis.

ROMANVS Pontifex non tantum in ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus ſuperioritatem habet.

At Nouell. 6. *Quomod. oport. Epiſcop. in princ.* ait, 1.
Magna quidem in hominibus ſunt dona Dei, à diuina collata Clementia, Sacerdotium & Imperium, ac illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, ac diligentiam exhibens. vnde apparet Summum Pontificem in diuinis & ſpiritualibus non autem in temporalibus eſſe ſuperiorem.

Sed hic obſerua communem Theologorum ſen- 2.
tentiam, ſummum Pontificem non habere directè quidem, vel immediate vllam temporalem poteſtatem, ſed ſolum ſpiritualem *d. Nouell. 6.* tamen ratione ſpiritualis habere ſaltem indirectè, & in habitu poteſtatem quandam, eamque ſupremam in temporalibus, quod eleganter cõfirmat *l. inter claras princ. ibi.* "Et ei (Apoſtolicæ ſedi) cuncta ſubijcitis, &c. *& §. liquet in fin. ibi.* Cuius Principatum, vt Chriſtianiſsimi & Pij conſeruatis in omnibus. Et ita dict. Nouell. 6. intelligenda. Principatus Pontificalis.

CAP. XXIV.

DE ECCLESIASTICO Anathemate

ROMANVS Pontifex non credentes & contumaces hæreticos ſententia & recto iudicio Anathemate pecutit.

I. Probatur *per l.cunctos* 1. C. *de ſumma Trinit.* Vbi quando textus ait, hæreticos diuina primum vindicta plectendos, Gloſſa *ibidem* interpretatur de Eccleſiaſtica vindicta, ſed hæc interpretatio nonnullis diſplicet. Vnde adduco *d.l.inter claras* §. *reddentes* §.5.*ibi*. Et eorum, qui Iudaicè auſi ſunt rectam denegare fidem (ſummus Pontifex) condemnat perfidiam, *Et latius in* §.*liquet,circa medium*: Ad nos credentes, *inquit*, per nos primus Apoſtolorum Eſaiæ Prophetæ verbum dicit: Ambulate in lumine ignis veſtri & flammæ, quam ſuccendiſtis. Sed obduratum eſt cor eorum(vt ſcriptum eſt) vt non intelligerent & Paſtoris vocem oues, quæ meæ non erant, audire minimè voluerunt, in quibus obſeruantes ea, quæ ab ipſorum ſunt ſtatuta Pontifice, eos minimè in noſtra communione recipimus & ab omni Eccleſia Catholica iuſsimus eſſe alienos, niſi errore damnato, doctrinam noſtram quantocyus ſequi habita regulari profeſsione ſignauerint. AEquum quippe eſt, vt qui noſtris minimè obedientiam accommodant ſtatutis, ab Eccleſijs habeantur extorres. *Et textus in l.cognoſcere* 7. *in princ.C.de ſumma Trinit.vbi ait*: Quoties hæretici pullularunt & ſententia, & recto iudicio illius venerabilis ſedis(Romanæ)coerciti ſunt. *Et textus in Nouell.* 42.*de depoſitione Anthimi & Seueri*, &c. vbi à ſancto Agapeto

Denegans obedientiã Papæ, alienus eſt ab Eccleſijs.

Hæreticos pullulantes condemnat Romana Eccleſia.

peto ſanctiſsimæ Eccleſiæ antiquæ Romæ Pontifice anathemate percuſsi, excommunicati & depoſiti fuerunt quatuor hæreſiarchæ, Anthimus, Seuerus, Petrus & Zoaras.

| *Et textus in conſtitutione Frederici ad l. ſi Eccleſia 13. C. de Epiſcop. & Cleric. vbi dicitur*: Item quæcunque communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatē Eccleſiæ fractam & violatam perſeuerauerit, ipſo Iure Imperiali banno ſubiaceat, à quo nullatenus extrahatur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento.

Confer *Nouell. 3. vt determinat, ſit numer. Cleric. c. 2. §. 1. Nouell. 6. c. 1. §. 10. & in Nouell. 11. de priuileg. Archiepiſcopi, &c. in verb.* omnemque ſacerdotalem cenſuram, *Nouell. 115. c. 3. §. 14. ibi.* Et ideò ab Eccleſiæ Catholicæ communione ſeparati, &c. *& Nouell. 123. c. 11. & Nouell. 132. de interd. colleg. hæreticor.* Vbi dicitur, quòd in vera & ſancta Dei Eccleſia recta prædicantur dogmata, & omnes hæreſes cum principibus ſuis anathematizantur, *Adde l. certiſsimè 34. §. ſi verò 4. C. de Epiſcop. audient, vbi vide late l. nullus 2. §. Qui verò 2. C. de ſumma Trinit.* Qui verò, *inquit*, eiſdem non inſeruiunt, deſignant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen aſſumere, & ſuis apertis criminibus denotentur, atque ab omni ſubmoti Eccleſiarum lumine penitus arceantur. Confer, quod dicit Odofredus *per textum l. inter claras 8. C. de ſum. Trinitat.* Papam ratione peccati de omni delicto cognoſcere poſſe, vel vt dicunt alij de omnibus criminibus indiſtinctè. **Papa cognoſcit de delicto.**

Cap. XXV.

DE PRINCIPE ROMANO, quod confirmabit ſententias & anathemata S. Pontificum.

QVOTIES Summus Pontifex cum Sacerdotio aliquem anathemate percutit, toties eiuſdem erit ſententiæ cum ſacerdotum authoritate Imperator, vel quicquid Sacerdotio viſum fuerit, ab Imperatore debet confirmari.

Nam *textus in Nouell. 42. princ. ſic inquit*, Rem nō inſolitam imperio & nos facientes ad præſentem venimus legem. Quoties enim ſacerdotum ſententia quoſdam indignos ſacerdotio de ſacris ſedibus depoſuit, & (quemadmodum Neſtorium, Eutychen, Arium, ac quoſdam alios, &c. *Lutherum ac Caluinum*, ad iniquitatem non minores illis) toties Imperium eiuſdem ſententiæ, & ordinationis cum ſacerdotum authoritate fuit. Sicque diuina ac humana pariter concurrentia, vnam conſonantiam rectis ſententijs facere. *Et textus in dict. Nouell. 42. in fin.* Cuſtodiat *ait* beatitudo tua, quæ rectè adnotata ſunt, & mittat ipſa per ſuas Deo dilectas literas, omnibus ſanctiſsimis Metropolitis, ſub ipſa exiſtentibus, quorum cuilibet cura erit ipſa manifeſta facere ſanctiſsimis Eccleſijs ſub ipſis ordinatis, & neminem ex omnibus lateant, quæ ſacerdotio viſa ſunt, & ab Imperio confirmata. Quam ſententiam quoque ſecutus eſt Imperator *in l. cognoſcere 7. §. nullus 5. C. de ſumma Trinitat.* Omnes, *inquit*, qui ab ijs (*quatuor OEcumenicis Concilijs*) damnati, & ana-

S. Pontifex ac Imperator vnam faciunt conſonantiam.

Digitized by Google

& anathematizati ſunt, & damnatorum dogmata, eoſque qui eadem ac ipſi ſenſerunt, aut ſentiunt, anathematizamus.

2. Quemadmodum & nuper factum eſt circa fugitiuum Monachum Martinum Lutherum, qui à rectis dogmatibus receſsit alienatus & alienis à ſanctiſsima Romana Eccleſia intellectibus mancipatus, ſic vniuerſa conturbauit, ſicque accumulatas turbationes fecit, quod commune & abominabile bellum ſanctiſsimis Eccleſijs ad inuicem immitteret, & illum quemcunque errorem abominabilem hæreſiarcharum & iniquorum dogmatum reciperet. Huius inquam hæreſiarchæ 41. articulos ſanctiſſimus Leo Papa X. publica bulla damnauit authore Romam ſub ſaluoconductu & ſumptibus itineris vocato. Quam Bullam cum Carolus V. à nuncijs Apoſtolicis accepiſſet, ipſe memor imperatoriarum Conſtitutionum, ſtatim præcepit, vt M. Lutheri libri à ſede Apoſtolica damnati publicè comburerentur.

Carolus V. ſequitur Iuſtinianum.

CAP. XXVI.

DE DONATIONE CONſtantini Imperatoris facta Syluestro Papæ.

CONSTANTINI Imperatoris donatio facta Summo Pontifici Sylueſtro, valida eſt, nec à ſucceſſoribus reuocanda.

Quid enim *inquit textus in Nouell. 7. de non alienand. aut permutand. Reb. Eccleſ. c. 2.* Cauſetur Imperator, ne meliora det Eccleſijs, cui plurima dedit

dit Deus habere & multorum Dominum eſſe & facilè dare, & maxime in ſanctiſsimis Eccleſijs, in quibus optima menſura eſt (notate ſectarij) donatarum eis rerum immenſitas. *Et infra.* Vtique cum nec multum differant ab alterutro Sacerdotium & Imperium (origine) & res ſacra à communibus & publicis, quando omnis ſanctiſsimis Eccleſijs abundantia & ſtatus ex Imperialibus munificentijs *confer l. deprecat.* 9. *D. Ad L. Rhod. de iactu l. cum multa* 7. *C. de bonis, quæ lib. l. perfecta* 4. *C. de donationibus.*

Eccleſiæ abundant ex Imperialibus Munificentijs.

Cap. XXVII.

DE CONCILIIS.

SVSCIPIMVS ſancta quatuor Concilia, ſicut ſacras literas, *id eſt*, 318. ſanctorum Patrum, qui in Nicæna vrbe congregati fuerunt, & 150. ſanctorum Patrum, qui in regia vrbe Conſtantinopolitana conuenerunt, & 200. ſanctorum Patrum qui in Epheſo primo congregati ſunt, & 630. ſanctorum Patrum, qui in Chalcedone conuenerunt, ſicut docet atque prædicat Romana Apoſtolica ſedes, in qua hæc & alia Concilia, & Patriarchæ recitantur.

Ita textus *in l. inter claras* 8. *§. reddentes §. ſuſcipimus*
1. 3. *C. de ſum. Trinit.* Vbi ait Gloſſ. quod rectè Imperator ibidem loquatur de Epheſino Concilio primo, vt excludat nimirum ſecundum Concilium Epheſinum, quod fuit maledictum, profanum atque damnatum, & decretum, quod non teneretur, niſi pri-

Digitized by Google

primum, *de quo vide in primo volumine Concilior. & in act. Concil. Chalcedonenſis & epiſtolis Leonis Papa, & textus in l. nullus 2. princ. & §.1.& 2.in fin.l. nemo 4. C. Eod. titul. l. quicunque* 8. *in princip. C. de hæretic. & Manich.* Quicunque, *inquiunt, Valent. & Martian. Imperat.* in hac ſacra vrbe, vel Alexandrina, vel in omni AEgyptiaca diœceſi, diuerſiſque alijs prouincijs, Eutychetis prophanã peruerſitatem ſequuntur,& ita non credunt, vt *trecenti decem & octo.* SS. Patres tradiderunt Catholicam fidem in Nicæna ciuitate fundantes: *centum quoque & quinquaginta* alij Venerabiles Epiſcopi, qui in alma vrbe Conſtantinopolitana poſtea conuenerunt,& ſicut Athanaſius & Theophilus & Cyrillus ſanctæ recordationis Epiſcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quos etiam Epheſina Synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorij error expulſus eſt,) in vniuerſis ſecuta eſt, quos & nuper Venerabilis Chalcedonenſis Synodus eſt ſecuta, prioribus Concilijs ſacerdotum ex omni parte prorſus conſentiens, nihilque adimens ſacroſancto ſymbolo, neque adijciens, ſed Eutychetis dogmata funeſta condemnans: ſciant ſe eſſe hæreticos,&c. *& §. nulli inſuper* 5. *d. l.* 8. Nulli etiam, *inquit*, contra Venerabilem Chalcedonenſem Synodum liceat aliquid, vel dictare, vel ſcribere, vel edere atque emittere, aut aliorum dicta, vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo huiuſmodi habere libros & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur. *& textus in l. quoniam.* 23. *C. de Epiſcop. & Cleric.* vbi etiam ait Gloſſa *in verb. Quoniam.* quod in Concilio Chalcedonenſi fuerint ſeptingenti & 30. Epiſcopi, nec in alio aliquo vnquam tot fuiſſe *ſecundùm Paulum,* At textus *in Nouell.* 42. *De depoſition. Anthimi & Seueri*

Secundum Concilium Epheſinum fuit profanum.

Quot interfuerint Patres Concilio Chalcedonenſi.

Digitized by Google

Seueri in princ. ait, ſexcentos 30. Patres Concilio Chalcedonenſi interfuiſſe,&c. *Nouell.*131. *de Eccleſiaſticis titulis c.*1.ait Iuſtinianus Imperator, ſe prædictorum Conciliorum dogmata ſicut ſacras ſcripturas accipere & regulas ſicut leges obſeruare; *textus in* Nouell. *Conſt.*115. *Vt cum de appellat. cognoſcit.c.3.§.Si qui de prædictis* 14. *& textus in dict. Nouell.*42.*in princip.*Adde l.cognoſcere.7. §.4.*in fin.C. de ſumma* Trinitat. Vbi inter alia ait: Quod ſi quis ab vno ſupradictorum Conciliorum diſſentiat, palam eſſe, eum amplecti dogmata à ſanctis illis patribus damnata & anathematizata.*confer ca. ſexta, & prima diſt.*16

Rectiſsimè *l.*3. C.*de ſumma* Trinitat. Quoniam verò peruenit ad pias aures noſtras, quod quidam conſcripſerunt,& ediderunt ambiguas,& non per omnia ac præcisè congruentes expoſitæ Orthodoxæ fidei à ſancta Synodo eorum ſanctorum Patrum, qui Nicææ & Epheſi conuenerunt & à Cyrillo piæ memoriæ, qui fuerat magnæ Alexandriæ ciuitatis Epiſcopus: iubemus facta huiuſmodi ſcripta, ſiue antea,ſiue nunc comburi, & perfectiſsimo interitui mancipari,ita vt in nullius cognitionem venire poſsint.his qui talia ſcripta,aut tales libros habere, aut legere ſuſtinuerint, vltimum ſupplicium experturis, de cætero nulli patente licentia præter expoſitam fidem (vt diximus) tam Nicææ, quàm Epheſi aliud quid, vel dicere, vel docere,tranſgreſſoribus nimirum huius noſtri diuini præcepti & pœnæ, quæ continetur lata aduerſus impiam Neſtorij fidem lege ſubijciendis,*adde l.*6. §.1. *& l.*8.§.5. C.*de hæretic.& Manich.* Nota. Quod præfatis quatuor Concilijs, ante quatuordecim ſecula, mille octingenti, & viginti octo ſanctiſsimi Patres concluſerunt,tradiderunt,& mundus hactenus inconcuſsè ſeruauit,vnus Martinus Lutherus,& Ioannes

Scripta aduerſus OEcumenica concilia comburenda & authores capite plectendi.

Calui-

Caluinus nebulones peruerſiſsimi hodie fere eijciunt ac exſibilant. Proh ſcelus ac dedecus ſempiternum.

De Synodis Epiſcoporum prouincialibus congregandis *vide Nouell. Conſt.* 123. *De ſanctiſſimis Epiſcop. c.*10. *Nouell.* 137. *De ordinat. Epiſcop. &c. c.*1. §. *ſanè multos & c.*4. *l. qui mos eſt, De Epiſcop. & cleric. C. Theodoſ. can.*36. *can. Apoſtol. can. Synod. Nicana, diſt.*14. *C. habeatur ſanè:* Hodiè Synodorum intermiſsio cauſa eſt multorum malorum in Eccleſia, vt meritò conqueritur Iuſtinianus *in dict. Nouell.* 137. *c.*1. 3. De Synodis particularibus.

CAP. XXVIII.

DE IVRE CONVOCANDI Concilium vniuerſale.

ITEM Ius conuocandi vniuerſalis Cõcilij ad ſummum Pontificem tanquam omnium primum pertinet.

Licet Imperatores hoc ſibi Iuris conuocandi Concilium vniuerſale antiquitus tribuere, vt quidam probare nituntur *l. nemo* 4. *ibi. per noſtra pracepta, &c. C. de ſumma Trinitat.* tamen Valentinianus ſenior Catholicus Imperator rogatus ab Epiſcopis, vt Synodus conuocaretur, reſpondit: Sibi, qui vnus è laicorum numero eſſet, non licere eiuſmodi ſe negotijs interponere. Et ideò Sacerdotes & Epiſcopi, quibus hæc curæ ſunt, ſeorſim per ſe conueniant. *Zoſomen. in tripartita lib.*4. *c.*14. *de vita Cõſtantin.* Quò ſpectat Iuſtiniani *Nouell.*123. *de ſanctiſſimis Epiſcopis, &c. c.*10. *in verbis.* Iubemus, *inquit,* vnumquemque beatum Archiepiſcopum & Patriarcham,

archam,& Metropolitam, ſanctiſsimos Epiſcopos ſub ſe conſtitutos in eadem prouincia ſemel, aut ſecundo per ſingulos annos ad ſe conuocare & omnes cauſas ſubtiliter examinare, quas Epiſcopi, aut Clerici, aut Monachi ad inuicem habeant, eaſque diſponere, & ſuper hoc quicquid extra regulas à quacunque perſona delinquitur, emendare.

CAP. XXIX.

An penes Imperatorem, aut laicos ſit facultas definiendi in Concilijs vniuerſalibus.

HISCE autem vniuerſalibus ſeu OEcumenicis Concilijs Sacerdotes vel Eccleſiaſtici intereſſe debent, vt penes hos ſolos non autem apud Imperatorem vel laicos ſit Iudicium ac diffiniendi facultas.

1. Imperator. Gratianus, Valent. & Theodoſ. *in l. omni innouatione 6. C. de SS. Eccleſ.* Omni, *inquiunt*, innouatione ceſſante vetuſtatem, & canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui vſque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici prouincias ſeruari præcipimus, vt ſi quid dubietatis emerſerit, id oporteat (non abſque ſcientia viri Reuerendiſsimi ſacroſanctæ legis antiſtitis Eccleſiæ vrbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur) conuentui ſacerdotali ſanctoque iudicio reſeruari. Marcianus Imperator *in l. nemo 4. C. de ſumma Trinitat.* Nam & iniuriam facit, *inquit*, iudicio Reuerendiſsimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare con-

Iniuria fit Concilijs ſemel ab ijſdē ſtatuta reuoluere ac publicè diſputare.

contenderit, cum ea, quæ nunc de Chriſtiana fide à ſacerdotibus, qui Chalcedone conuenerunt, per noſtra præcepta ſtatuta ſunt, iuxta Apoſtolicas expoſitiones & inſtituta ſanctorum Patrum trecentorum decem & octo in Nicæa; & centum quinquaginta in hac regia vrbe definita eſſe noſcantur. Arcadius & Honorius *in l. Quicunque* 14. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Quicunque, *inquiunt*, reſidentibus Epiſcopis (*non aiunt principibus vel laicis*) fuerit Epiſcopali loco vel nomine detruſus, &c. *textus in Nouell.* 42. *De depoſitione Anthimi & Seueri.* Quoties, *inquit*, Sacerdotum ſententia quoſdam indignos ſacerdotio de ſacris ſedibus depoſuit: toties imperium eiuſdem ſententiæ & ordinationis cum ſacerdotum auctoritate fuit; *textus bonus in Nouell.* 123. *de ſanctiſsimis Epiſcopis c.* 10. Vt autem, *inquit*, omnis Eccleſiaſticus ſtatus & ſacræ regulæ diligenter cuſtodiantur, iubemus vnumquemque beatum Archiepiſcopum, & Patriarcham; & Metropolitam ſanctiſsimos Epiſcopos ſub ſe conſtitutos; in eadem prouincia ſemel; aut ſecundo per ſingulos annos ad ſe conuocare, & omnes cauſas ſubtiliter examinare, quas Epiſcopi, aut Clerici, aut Monachi ad inuicem habeant: eaſq; diſponere, & ſuper hoc quicquid extra regulas à quacunq; perſona delinquitur, emendare. Quid? vbique apparet nonniſi vniuerſalibus Cōcilijs ſanctos Patres interfuiſſe, ab ijſq; ſpeciali cōfeſsione hæreticos, eorumq; dogmata dānata fuiſſe, *vt præcedenti capite luculenter probatum, & eſt textus in l. cognoſcere* 7. §. 4. *C. de ſumma Trinitat.* Sequentes in omnibus ſancta quatuor Concilia, & quæ ab vnoquoque eorum conſtituta; id eſt, Nicænum 318. Patrum, & huius regiæ 150. & Epheſinum prius, & Chalcedonenſe manifeſtè omnibus (qui vnà nobiſcum ſentiunt) fidelibus ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ traditam regu-

Imperium eiuſdē ſententiæ cum ſacerdotum auctoritate.

Modus quo Eccleſiaſticus ſtatus diligenter conſeruetur.

Sanctis vniuerſalibus Concilijs nō niſi ſancti Patres interfuerunt.

lam fidei, hoc eſt, ſanctam formulam, ſeu ſymbolum tenemus & cuſtodimus à 318. ſanctis patribus expoſitam & illud, quod in hac regia vrbe 150. ſancti Patres apertius expoſuerunt: Non quod defectuoſum eſſet prius, ſed quoniam veritatis hoſtes partim ſubuertere cœperant ſancti Spiritus Deitatem, partim ex ſancta ſemper Virgine Maria Deipara, veram Incarnationem Dei verbi negauerant. Propterea ſcripturæ teſtimonijs idem ſymbolum ſupradicti 150. ſancti Patres apertius expoſuerunt, idque & aliæ omnes ſanctæ Synodi, id eſt, Epheſina prior, & Chalcedonenſis eandem fidem ſequentes ſuſceperunt & cuſtodierunt ſanctam glorioſam ſemper Virginem Mariam Deiparam publicarunt, & non cõfitentes eam Deiparam anathemate percelluerunt. Similiter anathematizarunt eos, qui aliud ſymbolum aliamve ſanctam formulam traderẽt, præter eam, quæ à 318. ſanctis Patribus expoſita eſſet, & explicata, & corroborata à ſãctis 150. PP. in hac regia vrbe congregatis. Et quidem Epheſinum prius impium Neſtorium & eius dogma ſuſtulit & anathematizauit. Ad hæc eos, qui cum ipſo ſenſerunt & ſentiunt, & qui conſenſerunt & conſentiunt. Chalcedonenſe vero ſanctum Concilium damnauit & eiecit è ſanctis Dei Eccleſijs, & anathematizauit impium Eutychem eiuſque dogmata, & qui eadem cum illo ſenſerunt & ſentiunt, & qui conſenſerunt eidem, & conſentiunt, & omnes hæreticos eorumque dogmata, & qui cum illis ſenſerunt & ſentiunt anathematizauit: pariter anathematizauit Neſtorium eiuſque dogmata, & eos qui cum illo ſenſerunt & ſentiunt, eoſque qui cum eo conſenſerunt & conſentiunt.

Hæretici à Concilijs damnati.

Chalceonenſe vero ſanctum Concilium, Magni Procli ad Armenios conſcriptam epiſtolam (quod oporteat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Fitis,

Digitized by Google

lium Dei, & Deum noſtrum, vnum ſanctæ Trinitatis per propriam relationem) ſuſcepit & confirmauit. Quæ ſupradicta quatuor ſancta concilia ſi negligimus, aut ea, quæ his conſtituta, damus licentiam damnatis ab ijs hæreticis eorumque dogmatibus ſuam peſtem rurſus in ſanctis Dei Eccleſijs oſtendere. Optandum itaque, vt quod nondum contigit fieri, hoc aliquando contingat. Idque eo magis, quod ſupradicta quatuor ſancta concilia ſpeciali confeſsione hæreticos eorumque dogmata damnarunt. Ideoque ſi quis ab vno ſupradictorum ſanctorum conciliorum diſſentiat, palam eſt eum amplecti dogmata à ſanctis illis patribus damnata & anathematizata, &c. Athanaſius *in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes*: Si iudicium eſt Epiſcoporum, quid commune cum eo habeat Imperator? Sin contra iſta minis Cæſaris conflantur; quid opus eſt hominibus titulo Epiſcopis? Quando à condito æuo auditum eſt Iudicium Eccleſiæ ab Imperatore authoritatem ſuam accepiſſe, aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum eſt? Plurimæ ante hac Synodi fuere, multa iudicia Eccleſiæ habita ſunt, ſed neque Patres iſtiuſmodi res principi perſuadere conati ſunt, nec princeps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum præbuit. Paulus Apoſtolus habebat amicos in Cæſaris familia (eos enim ſalutari iubet ad Philipp. vltimo) non tamen eos in iudicio ſocios aſſumpſit, &c. Vnde in ſeptima actione Chalcedonenſis Concilij Martianus Imperator dixit inter cætera: Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam exemplo religioſiſsimi Principis Conſtantini Synodo intereſſe volumus, vt veritate inuenta non vltra multitudo prauis doctrinis attrectata diſcordet. Item ex eodem: Quædam capitula ſunt, quæ ad honorem veſtræ reuerentiæ vobis obſeruanimus:

Neglectis Concilijs hæreticis feneſtra aperitur ſuam peſtem oſtendere.

decorum eſſe iudicantes à nobis hæc regulariter firmari potius per Synodum, quam noſtra lege ſanciri. *Ita text. in c. nos ad fidẽ & ſeq. 96. diſtinct.* Sectarij volunt laicos vniuerſalibus Concilijs intereſſe debere, ſed omnia communi decreto diffiniri, adeoq; penes laicos iudicandi atque decidendi poteſtatẽ reſidere. Duarenus lib. 1. de ſac. Eccleſ. miniſt. c. 11.

Cap. XXX.

De Eccleſiae viſibilitate.

Catholica Eccleſia non eſt inuiſibilis, ſed viſibilis; Reſpuit enim tenebras & neſcit ſubiacere defectui.

1. *Ita textus in l. inter claras* 8 *C. de ſumma Trinitat. vbi textus in princip. ſic habet.* Nihil eſt, quod ita nequeat occaſui ſubiacere, quam vera religio; nam cum authorem vitæ & luminis reſpiciat, rectè & tenebras reſpuit & neſcit ſubiacere defectui. (*Ex hoc textu coniuncta l. cum recta, C. de S. Trinitat. luculenter quoque probatur, Eccleſiam non poſſe errare, quod falsò affirmant Sectarij*) *Item textus in arg. in Nouell. vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant, in princ.* Et priſcis ſancitum eſt legibus (*inquit*) nullam penitus eſſe licentiam domi, quæ ſacratiſsima ſunt (*miſſam*) agere, ſed publicè ſinere procedere incredulitatem & Dei culturam ſecundùm ſanctionem de his ſacratis actibus traditam. Adde ſi in ſancta Dei Eccleſia vera prædicantur dogmata, *vt ait textus in Nouell.* 132. *de interdict. Collegijs hæreticor.* conſequenter Eccleſia propter perorantes miniſtros inuiſibilis eſſe nequit: maximè quando venerabiles domus (Eccleſiæ) maneant in æternum & vſque ad huius ſeculi conſummationem, quouſque Chriſtianorum nomen apud homines erit, & coletur,

Religio Catholica authorem vitæ ac luminis reſpicit.

An Eccleſia poſſit errare.

Dei cultura publica.

Eccleſiæ Romanæ dogmata vera.

tur, *vt ait Imperator in l. præſens lex 57. circa med. C. de Epiſc. & Cleric. & l. ſi quis 10. C. de hæretic. & Manichæis.* Item in Eccleſijs fidei noſtræ inſtituta perdurant & cultu aſsiduo per omnia ſecula rediuiuæ ſeruandæ *d. l. 10. C. de hæret.* Quomodo igitur inuiſibiles eſſe poſſunt. Facit quod ſacroſancta & religioſa Eccleſia religionis & fidei mater ſit perpetua *l. Iubemus 24. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* quæ gremium ſuum redeuntibus nunquam claudit *l. inter claras §. liquet C. de ſumma Trinitat.* Igitur viſibilis eſſe debet. Item quod religioſæ ædes nunquam deſint *l. decernimus 26. C de Epiſcop & Cleric.* Ergo monſtrent nobis ædem ſacram, vbi ſecundùm Lutheri, vel Caluini doctrinam prædicatum ſit Euangelium.

In Eccleſijs fidei cultus aſsiduus.

Eccleſia religionis mater.

Poſtremo ſi Catholica fides Domini noſtri Saluatoris magiſterio non tantum inſtituta, & Propheticis, Apoſtoliciſque prædicationibus vbique diffuſa, ſed etiam poſt tempora Apoſtolorum per totum orbem ſanctorum confeſsionibus roborata, Patrum atque doctorum ſententia adunata, & noſtræ doctrinæ conſentanea fuerit *d. l. inter claras §. liquet in princ.* Si inquam in Catholica Eccleſia omnes ſanctiſsimi Epiſcopi & totius orbis terrarum Patriarchæ. Et omnes, qui ſub eis conſtituti ſunt, ſanctiſsimi Epiſcopi Apoſtoli cum prædicauerint fidem atque traditionem, *vt ait Nouell. 109. princ.* Tales autem ſanctorum Confeſsiones, Patres, Doctores, Epiſcopos, ac Patriarchas, qui Lutheranorum vel Caluiniſtarum ſectam prædicauerint poſt Apoſtolorum vſque ad Lutheri, vel Caluini tempora reperiamus nullos, ſed potius è contra, quod vnam veram Catholicam Romanam Eccleſiam ſanctionibus corroborauerint, atque prædicauerint proprio ſanguine non parcentes. Inprimis verò cum nec aduerſarij aliam, niſi Catho-

In Catholica Eccleſia non niſi fides ac ſalus.

Digitized by Google

cam, quam profeſsi fuerint religionem demonſtrare poſsint. Quis tam erit bardus ac ſtupidus, vbi ſingulis ſeculis, imo annis inſignes Catholica Romana Eccleſia habuerit Doctores, Patres, Martyres, Epiſcopos, Patriarchas, atque Pontifices, ſicut omnes hiſtoriæ docent, quo fit vtiliter relatio, vt dicat vel credat eam eſſe vel fuiſſe inuiſibilem?

CAP. XXXI.

DE ORDINATIONE.

ORDINATIONEM Eccleſiaſticam dicimus rem eſſe ſacram & in Sacroſanctis Eccleſiij ſummoperè neceſſariam. Neque enim ſacerdos, Clericus, aut Monachus, niſi legitimè à ſuperiori ordinetur, aut ad ſpiritualem adminiſtrationem vocetur. Hinc damnat illos Imperator, qui abſque legitima vocatione ſe Eccleſijs intrudunt, orare & concionari non erubeſcentes.

Epiſcopus qui ſedi ſe intrudit, eſt contra omnes ſacros Canones.

Textus in Nouell. 42. in princ. Vbi Imp. accuſat Anthimum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quod nullo modo ſibi ipſi conuenienti contra omnes ſacros Canones ſedi ſe intruſerit, recedens à rectis dogmatibus. Quo fit vt ordinationes ſacerdotum cum omni diligentia & rigore fieri voluerit. *Idem & c.1.§.1.dict. Nouell.* 42. Huc pertinet *Nouell. Conſtit.6. Quomodo oporteat Epiſcopos & reliquos Clericos ad ordinationem adduci, &c. per totum, & in c.1.§.8.* dum agit de Epiſcopo ordinando, ſic ait: ſed etiam ſic eum conſtitutum & ad Epiſcopatum

Digitized by Google

patum præparatum competens eſt, Venerabiles & vndique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuiolata noſtra ſuſcipit fides, & Catholica Dei Apoſtolicaque diſpoſuit & tradidit Eccleſia, & dum ex frequenti earum lectione tranſierit, qui ad ordinationem deducitur, tunc is, qui ordinationem impoſiturus eſt, interroget eum, ſi ſufficiens eſt cuſtodire & agere, quæ ſacræ regulæ ſancierunt. Et ſiquidem ille declarauerit & dixerit præcepta ſacrarum regularum non ſe valere ſeruare, nullo modo ei ordinationem imponi, ſi vero ſuſceperit & dixerit, quia ***quantum homini eſt poſſibile***, complebit hæc, quæ hic continentur, tunc monere eum & dicere, quia niſi hæc obſeruauerit, & à Deo alienus erit, & cadet à iam dato honore & neque ciuiles leges delictum inultum relinquent, eò quòd à præcedentibus Imperatoribus & à nobis ipſis rectè dictum eſt: Oportere ſacras regulas pro legibus valere, & ſi etiam ſic permanſerit cauſam amplectens, tunc ſuper his profeſsionibus vnumquemque ſacram ſuſcipere Epiſcopatus ordinationem. Coniunge **Nouell. 123. *De ſanctiſſimis Epiſcopis, &c. c. 14. & eſt textus in* Nouell. 137. *De ordinatione Epiſcoporum & Clericorum, cap. 1. Verſ. vbi ait*:** Illud quibuſdam peccandi occaſio fuit, quod abſque examinatione & rectæ fidei, atque honeſtatis vitæ teſtimonio ordinãtur Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi & cæteri Clerici. Nam ſi ad orandum pro populo deſtinati, indigni diuino miniſterio inueniantur, quomodo pro tranſgreſsionibus & delictis populi Deum propitiare poterunt. Planè Ordinationes Sacerdotum cum omni diligentia & rigore fieri oportere docet nos, & qui inter ſanctos cenſentur, Gregorius Theologus, ſequutus ſanctos Apoſtolos & diuinos Canones. Si enim in magno Apologetico. Quis autem, inquit, ſecundùm Pauli

Ordinans quid quærat ab ordinando.

De ... ſeſſio ...

Nemo ad ligionē a que exai natione, rectæ fide atque vit teſtimon admittēd

Ordinati nes Sacerd tum rigoroſe perficiendas.

Gregorius Theologus.

Quales oporteat ad ſacerdotium promoueri.

Canones & definitiones ſe ipſum dirigens, quas de Epiſcopis & Presbyteris conſtituit, vt ſicci ſiue ſobrij ſint, modeſti, non vinolenti, no percuſſores, ad docendum idonei, irreprehenſibiles in omnibus, non conuerſantes malis, non multum aberrare ſe inueniet ab illa Canonum rectitudine? Idemque rurſum loquitur in hæc verba: Mundari, inquit, oportet primum, ac deinde mundare, ſapere, ac deinde ſapientiam docere; lucem fieri, & poſtea illuminare, propinquari Deo, tum alios adducere: ſanctificari, tum ſanctificare, manu ducere cum manibus, conſultare cum conſilio. Et rurſus idem ſanctis connumeratus Gregorius de ijſdem in eadem Oratione iſtud ſcribit: Quis inſtar figuli vno ipſo die fictilia ſua tornantis ita repentè fingat veri cultus antiſtitem cum Angelicis ſtantem, & cum Archangelis laudes canentem & Chriſto conſacrificantem? Et per hæc quidem indicat ille Theologus, qualeſnam oporteat ad ſacerdotiũ promoueri. De his autem, qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem Oratione: Qui cum nihil (inquit) ad ſacrũ Dei altare & ſacerdotiũ attulerint, nec in virtute & pulchro prius inſudarint, & elaborarint, ſimul diſcipuli & prȩceptores pietatis oſtẽduntur, & priuſquam purgati ſunt, purgant, heri ſacrilegi, hodiè ſacerdotes, heri extra ſacra, hodie præſules myſteriorum, veteratores malitia, nouitij pietate, qui ſunt opus atque fabrica humanæ gratiæ, non Spiritus ſancti. *& textus in Nouell. 5. de Monachis. c. 2.* Sancimus, *inquit*, ſacras ſequentes regulas, eos qui ſingularem conuerſationem profitentur, non promptè mox à Reuerendiſsimis præſulibus Venerabilium Monaſteriorum habitum perciperè Monachalem, ſed per triennium totum (ſiue liberi ſint, ſiue ſerui) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes, ſed tonſura & veſte eorum, qui laici vocan-

De indigne Ordinatis.

vocantur, vti & manere, diuina addiſcentes eloquia & Reuerendiſsimos eorum Abbates requirere eos,ſiue liberi ſint,ſiue ſerui,& vnde eis deſiderium vitæ ſingularis acceſſerit, & diſcentes ab eis, quia nulla maligna occaſio ad hoc eos adduxit, habere eos inter eos,qui adhuc docentur atque monentur & experimento percipere eorum tolerantiam & honeſtatem.Non enim facilis eſt vitæ mutatio, ſed cum animę fit labore.Et dum triennio toto ita permanſerint, optimos ſemetipſos & tolerabiles alijs Monachis & præſuli demonſtrantes, hos monachicam promereri veſtem atq; tonſuram,& ſiue liberi ſint,ſine calumnia permanere,ſiue ſerui,penitus nõ inquietari,migrantes ad communem (dicimus autem cœleſtem) Dominum,& arripiantur in libertatem. Nam ſi multis caſibus etiam ex lege hoc fit, & talis quædam libertas datur,quomodo non præualebit diuina gratia talibus eos abſoluere vinculis? *Coniunge Nouell.123.c.35.* Sectarij nihili curant ordinationem Eccleſiaſticam, vt olim Donatiſtæ hæretici Iure reprobati *l.5.C.de hæret.& Manich.*

Abbates Reuerendiſsimi.

Ad religionem vitæ mutatio fit cum labore animæ.

Sectarij flocci faciunt ordinationẽ Eccleſiaſticam.

CAP. XXXII.

ORDINATIO SACRA quid ſit.

HAEc ordinatio ſacra eſt cæremonia, qua per manus impoſitionem futurus miniſter conſecratur (*a*) quæ facultas nullorum eſt,niſi Epiſcoporum(*b*) qui & ipſi ordinantur à ſuis ſuperioribus.(*c*)

(*a*) Nam in ordinatione Eccleſiaſtica preces ad

Dominum mittuntur Chriſtum Deum noſtrum, & inuocatio ſancti & adorandi fit Spiritus, & Ordinandorum capitibus, aut manibus imponuntur ſanctiſsima eorum (oleum & vnctio) quæ apud nos ſunt myſteriorum, vt ſcilicet ipſis ſenſoria Inſtrumenta pura fiant & conſecrentur Deo. *textus in l. certiſſime* 34.§. *Et ſancimus* 3. *C. de Epiſcopis audient.* Et prædictarum conſecrationum facit quoque mentio *l. ſancimus neminem* 53. *princ. C. de Epiſcop. & Cleric.*

(b) *Auth. ſi ſeruus in verb. in Clericum ordinatus fuerit ab Epiſcopo, &c. C. de Epiſcop. & Cler. Nouell.* 5. *De Monachis, &c. c.* 9. *Nouell.* 6. *c.* 1. §. 9. *& paſſim per totum Nouell.* 56. *princ. Nouell.* 57. *Vt Clerici, qui recedunt, &c. c.* 2. Vbi vult Imperator fundatori Eccleſiarum non eſſe fiduciam illam, quos vult, per poteſtatem deducere ad ordinandos eos, ſed examinari debere ab Epiſcopali ſanctitate ſententiaque eius, & qui Pontificalem ſedem rexerit, ſemperque hos ſuſcipere ordinationẽ, qui ſuæ beatitudini, & qui poſtea opportuni videbuntur exiſtere, & miniſterio digni, vt non profanentur ſancta Dei, &c. *Coniunge Nouell* 123. *c.* 18. *& text. in Nouell. conſt.* 58. *Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant*, &c. in verb. niſi tamen in eis voluerint aliquos inuitare Clericos, hic quidem ſanctiſsimæ maioris Eccleſiæ, & ſub ea ſanctiſsimarum domuum voluntate, ac probatione ſanctiſsimi Archiepiſcopi ad hoc deputatos, in prouincia vero Deo amabilium Epiſcoporum, &c. *Et text. in Nouell. vt Clerici apud proprios Epiſcopos, &c.* 83. §. 2. Vbi quemadmodum ſoli Epiſcopi habent poteſtatem cõferendi ſacerdotalem dignitatem, ita ſimul & auferendi poteſtatem, nimirum, ſi ſacerdos delinquat, *& dict. Nouell.* 123. *cap.* 34. *reg.* Et ſanctiſsimum Epiſcopum, ſub quo Monaſterium conſtitutum eſt, eum qui ita electus eſt,

Soli Epiſcopi habent conferendi atque auferendi poteſtatem dignitatem ſacerdotalẽ.

m[o]dis

modis omniqus Abbatem conſtituere atque ordinare,&c.

(c)*l.qui ſua 39.in fin.C.de Epiſc. & Cleric. Nouell. conſt.11.de priuileg. Archiepiſcop. Iuſtinianæ, &c. per totum Nouell.conſt.28.c.2.* Omnes, *inquit*, illæ tredecim vrbes vnius ſunto prouinciæ, vt tamen neque alterutri in ijs metropoli (Amaſiæ.S. & Neocæſareæ) metropolis nomen detrahatur, & Dei amantes earum Epiſcopi metropolitani quidem in hac vrbe, qui vero ſub metropolitanis collocati ſunt ab his, qui metropoles ſub cura ſua habent, vt hactenus in more fuit ordinentur, nihil enim circa ſacerdotium illarum innouamus, cum multas eiuſmodi Inſtitutiones inter Dei amantiſsimos Epiſcopos in vna etiam prouincia exiſtere, tam vetuſtum ſeculum, quam quod per nos modo exornatur, nouerit,&c. Nouell.79. *Apud quos oporteat cauſas dicere, &c.c.2. Nouell.120. De alienat. & Emphyteuſi c.6.§.2. Et in Nouella Conſtit.de Eccleſiaſticis titulis c.3.& in dict. Nouell.123. c.3.* vbi ait Pontifices ordinari ab Epiſcopis(*hodiè Cardinalibus*) & Clericis,&c.*ibi.* Epiſcopis & Clericis in eorum ordinatione,&c.*adde & verſ.ibidem:* Metropolitas autem à proprio Synodo, aut à beatiſsimis Patriarchis ordinatos & alios omnes Epiſcopos, qui aut à Patriarchis aut metropolitis ordinantur,&c.*& paſſim.*

Imperator circa ſacerdotium nihil innouat.

Pontifices à quibus ordinentur.

Epiſcopi autem ordinatio, qualiter fiat Iureciuili, eleganter ac latè docet Azo *in ſumma Cod.ad titulum de Epiſcop.& Clericis n.2.3.4.5.& 6.& habetur Nouell.6. Nouell.123.& Nouell.137.per totum.*

1. De ordinatione Epiſcopi.

Sectarij volunt, quod miniſtri verbi per magiſtratum, aut populum Eccleſiæ, aut per Doctores in Scholis ſint vocandi atq; ordinandi. Hoc autem ius ciuile omninò prohibet. *Nam vt inquit l.omnes 2. in princ.C.de hæretic.* Antiſtites(*hæreticorum ſcilicet*) non audeant fidem inſinuare, quam non habent,& mini-

2. Sectariorum opinio de ordinatione iure reprobata.

Digitized by Google

Sectarij non ſunt miniſtri Eccleſiaſtici, nec habent ordinationes.

miniſtros creare, qui non ſunt (*confer 16. C. Theodoſ.* 5. *l.* 22. *l.* 24.) *& l. hæretici* 14. *C. Eod.* Hæretici, *ait*, non poſſunt ordinationes habere, *& l. quicunque* 8. §. *idcirco* 2. *C. Eodem.* Epiſcopos, *inquit*, Presbyteros alioſve Clericos creare & habere (hæreticis) prohibemus, ſcientibus tam his Eutychianiſtis & Apollinariſtis, qui auſi fuerint cuiquam Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Clerici nomen imponere, quam his, qui paſsi fuerint, impoſitum ſibi nomen ſacerdotale retinere, pœnam exilij, cum facultatum ſuarum amiſsione ſubituros. Adde quod conſecrare non poteſt, qui ipſe ſacerdos non eſt §. *ſacra* 9. *Inſtit. de rer. diuiſ.*

Hoc edicto non eſt opus hodiè, cum ſectarij non habeãt præſbyteros ac Clericos.

3. Sacerdotes cur ordinentur.

Cauſa autem cur ſacerdotes ordinentur illa potiſsimum eſt, vt ſuis precibus præcipuè in diuino miniſterio (ſacrificio Miſſæ) benignitatem humaniſsimi Dei rebus acquirant communibus, vnde ſic viuere debent, vt digni ſint diuino miniſterio. Nam ſi ad orandum pro populo deſtinati indigni diuino miniſterio inueniantur, quomodo pro trãſgreſsionibus & delictis populi Deum propitiare poterunt *dicit Nouell.* 137. *cap.* 1. *in princ. Nouell.* 123. *princ. l. omnem* 42. *princ. C. de Epiſco. & Cleric.*

4. Vnus pro alio intercedit ac ſatiſfacit.

Et ex d. Nouell. 137. cap. 1. collige vnum pro alio valere intercedere, orare ac ſatisfacere.

CAP. XXXIII.

DE HIERARCHIA ET VArijs Eccleſiæ adminiſtratoribus.

PORRÒ Chriſtus in ſua militanti Eccleſia hic in terris inter Eccleſiaſticos diuerſa conſtituit Eccleſiaſtica officia, eiſque ordine gradus vſq; ad ſupremum

ſuas

Digitized by Google

ſuas præfecit perſonas, quarum altera paſſim ſubiacet alteri(*a*)ſunt namque inter ordines minores, cantores(*b*)ſiue Pſalmiſtæ, hoſtiarij, lectores, exorciſtæ (*c*) acolythi. Et inter maiores ordines Diaconi (ſubdiaconi)Hypodiaconi, Preſbyteri, Epiſcopi(*d*)metropolitæ, ſiue Archiepiſcopi, Patriarchæ, & ſummus Pontifex Romanus(*e*)vti rectè docet Sacroſancta Romana Eccleſia.

(*a*) Hinc dominium Eccleſiaſticum. *Ita eleganter probat C. Presbyteri* 8. *ibi. Cæteri verò Clerici, qui eum deinde gradum, vel ordinem ſequuntur, &c. & l. ſancimus neminem* 53. §. *adhæc* 1. *& l. omnes, qui* 33. §. *priuilegijs* 7. *& auth. Sed neque curialem* §. *ſed ſi. verb. licet tali Eccleſiaſtico gradu tenebatur, &c. C. de Epiſcop. & Clericis, & l. ſi quemquam* 31. *C. Eod.* vbi ſæpius gradus Eccleſiaſtici fit mentio. Nemo gradum, inquit, ſacerdotij precij venalitate mercetur, &c. *Nouell* 6. *Quomod. oporteat Epiſcop. &c. c.* 1. §. 9. *ibi. quia ſi prius Diaconus, aut Presbyter ſit, deinde per ſuffragium ad ſacerdotium perueniat, &c. Nouell.* 5. *cap.* 8. *& Nouell.* 123. *cap.* 15. Hoc autem, *inquit*, & ſuper alijs omnibus Monachis tenere ſancimus, qui de Monaſterijs ad quemlibet Eccleſiaſticum gradum transferuntur, &c. *& paſſim.* 1. Gradus ſacerdotij non emendi.

Aduerſarij aiunt nullos conſtituendos eſſe gradus in Eccleſia Dei, omnes Paſtores & Doctores eſſe in conſimili gradu, nec vllum primatum, principatum, vel dominium in Eccleſia admittendum, quod poſtremum ſatis refutatur, *quoque per l. inter claras* 8. *in fin. ibi. Cuius principatum, &c. C. de ſumma Trinitate*, &c. Hinc perperam nullam inter ſacerdotes 2. Sectariorum opinio. An inter Epiſcopos & Sacerdotes ſit differentia.

& Epi-

& Epiſcopos conſtituunt differentiam.

(b) *l. Presbyteros 6. auth. interdicimus, auth. Presbyteros, C. de Epiſcop. & Cler. 3. Nouel. Vt determinat. ſit num. Cler. in princ. Nouel. 123. c. 19. & c. 21. & paßim.*

De exorciſmo.

(c) Horum exorciſtarum non meminit Imperator in libro Nouellarum, quod in Eccleſia Conſtantinopolitana vſitatum non eſſet hoc miniſterij genus. *Vt exiſtimat Duarenus lib.* 1. *de ſacr. Eccleſ. miniſtr. c.* 14. ſed meminit Imperator Valentinianus *in l. Presbyteros. C. de Epiſcop. & cleric.* hinc exorciſmus Catholicorum ex Iure ciuili probatur, quem cum ſectarij reſpuant, nuſquam miraculis clarent, nec diabolum aduerſarium exturbant. Verbũ autem hoc *Exorcizare* dicit Vlpianus Iurecõſultus *in l. præſes* 1. *§. medicos.* 3. *D. de extraordinar. cognition.* vulgare impoſtorum verbum eſſe. Non tamen, *ait*, ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi, (vt vulgari verbo impoſtorum vtar) exorcizauit. Sed Vlpianus ibidem tanquam Ethnicus, immeritò Chriſtianos perſtringit. Fuit namque Antichriſtianus, qui à Chriſti vel ſuæ Eccleſiæ traditionibus fuit alienus. Imò qui Chriſtianam religionem crudeliter ſit inſectatus *Coraſ. in Miſcell. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 3. Nam vt de eo ſcribit Lactantius reſcripta Principum contra Chriſtianos *lib.* 5. *de offic. Proconſulat.* collegit, vt doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei confiterentur.

Vlpianus Antichriſtianus.

(d) quaſi ſpeculatores atque inſpectores appellati. Quo ferè ſenſu Epiſcopi ab Arcadio Iureconſulto vocantur, qui præſunt pani & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis ad cotidianum victum vſui ſunt, *textus in l. munerum* 18. *§. Hirenarchæ* 7.

De muneribus & honoribus.

(Duarenus .

(e) *Nouell.* 9. *in princip. l. inter claras.* 8. *§. reddentes in fin.*

Digitized by Google

in fin.C.de ſum.Trin. Romano namq; Pont.ſubſunt Patriarchæ,Patriarchis Metropolitani,Metropolitanis Epiſcopi,Epiſcopis inferiores,& ſic deinceps *d.§.redden.in fin & Nouell.9.prin.& confer l.ſancimus 29.princ.C.de Epiſcopal.audient.C. ſi quis ad.49.§. ſin autem ampliores 5.C.de Epiſcop.& cleric.Nouell.5.in fin Nouell.6.c.2.& 6.3.& in Epilogo.§.1. Nouell.28.c. 2.Nouell 59.c.4.princ.dict.Nouell.109.in princ.Nouel. 123.cap.9.& 22.& cap.32.inprincip.& cap.34.Nouel. conſt.131.cap.3.& paßim.*

CAP. XXXIV.

DE FORO PERSONARVM Eccleſiaſticarum.

PERSONAE Eccleſiaſticæ non ſunt trahendæ ad iudicium ſeculare, ſed cauſæ Eccleſiaſticæ ab Eccleſiaſticis, & Laicorum à ſecularibus dijudicentur ac decidantur.

Nam ſi cauſa Eccleſiaſtica eſt, *inquit clare textus in Nouell.123.c 21.§.2.* Nullam communionem habeant iudices ciuiles circa talem examinationem, 1.
ſed ſanctiſsimus Epiſcopus ſecundùm ſacras regulas cauſæ finem imponat.

Cæterum, quia leges de foro Clericorum nonnihil variant, paucis attendum olim in actoris voluntate fuiſſe, reum Clericum coram Epiſcopo,vel coram ciuili Magiſtratu conuenire, Imperator Martianus *in l.cum clericis 25.C. de Epiſcop. & cleric.& in l.decernimus,13. C. de Epiſcop. audient.* Imperator Leo & Anthemius *in l. omnes qui vbique 33.§.in Sac.1.& §.fin.in l.iubemus.37.§.omnes prætereà* 2.
2.C.de

2.C. *de Epiſcop. & Cleric.* Vnde colligitur ciuilem magiſtratum initiò Clericorum Iudicem fuiſſe. Sed hoc corrigit Iuſtinianus *in l. ſi quis in conſcribendo* 51.*ib.propter ſacerdotij prærogatiuam* C.Eod.*l.ſi quis in conſcribendo* 29.*C.de pact.melius facit* Nouell. 79. *Apud quos oporteat cauſas dicere Monachos,* &c. *per tot.& auth. cauſa, quæ* C. *de Epiſcop. & Cleric.* Quæ conſtitutiones generaliter corrigunt. Leges Codicis in eo, quod permittebant Monachos vocari coram Iudice ſeculari. Nam volunt reuerendiſſimos Monachos apud ſolos ciuitatis Epiſcopos cõuentiones ſuſcipere debere. Quod paſsim limitaturNouel.Conſt.83.*Vt Clerici apud proprios Epiſc. primum conueniantur,* &c. *& auth. Clericus quoque C.de Epiſcop.& Cleric.* Vbi ſtatuitur in cauſa pecuniaria Clericum eſſe conueniendum coram Epiſcopo, niſi cauſæ natura, aut alia quædam difficultas hunc impediat.In cauſa vero criminali corã Iudice ſeculari,ſi crimẽ ſit ciuile;ſi aũt crimẽ ſitEccleſiaſticũ,corã Epiſcop. eſſe agendũ.Plurimas,*inquit,* ſacras ſcribentes leges & de Deo amabilibus Epiſcopis & reliquo omni ſacerdotio, nec nõ de reuerẽdiſsimis Monachis, & nuper hoc agentes,in quibꝰ volumus Reuerẽdiſsimos Monachos, apud ſolos ciuitatis Epiſcopos ſub quibus ſunt Monaſteria, conuentiones ſuſcipere;petiti ſumus à Menna Deo amabili Archiepiſcopo huius felicißimæ ciuitatis,& vniuerſali Patriarcha, Reuerendiſsimis Clericis hoc dare priuilegium, vt ſi quis habet aduerſus eos quamlibet pecuniariam cauſam, prius ad Deo amabilem Epiſcopum pergat,ſub quo conſtitutus eſt,& interpellet eum, & ex non ſcripto iudicium mereatur,& ſi hoc fiat,nec inquietet eum, nec trahat ad adiutoria ciuilia, neque à ſacro eum vacare faciat miniſterio,ſed ex non ſcripto examinetur negotium ſine damnis, & accipiat formam

forſan

forſan etiam ſcriptam, & ſi hoc quoque partes voluerint, & popoſcerint, & liberentur alterutro certamine(licet tamen in hiſce cauſis ciuilibus, de ſententia Epiſcopi ordinarij iudici ciuili cognoſcere, ad eumque appellare, qui poteſt eam comprobare, vel improbare, niſi Epiſcopus ex Imperiali iuſsione, aut Iudiciali præcepto iudicet, quo caſu appellatio ad imperium, aut ad eum, qui tranſmiſit negotium, refertur *dict. Nouell.* 123. *c.* 21. *princ. & auth. ſi quis litigantium* C. *de Epiſcop. & Clericis.*)

Si vero Epiſcopus diſtulerit iudicare *dict. Nouel.* 123. *c.* 21. §. *ſi quis.* 2. (Vide Nouell. 115. *in princ.* aut propter cauſæ naturam) aut propter quandam fortè difficultatem non fuerit poſsibile Deo amabili Epiſcopo decidere negotium, tunc licentiam eſſe & ad ciuiles iudices pergere, & priuilegijs omnibus cuſtoditis, quæ Reuerendiſsimis Clericis ſacræ præſtant Conſtitutiones & litigare, & examinationem fieri & terminum imponi liti; & ita liberam fieri cauſam, clariſsimis iudicibus, ſecundùm noſtras conſtitutiones vel leges, ſtudentibus cum magnanimitate, & velociter lites decidere, vt non propter eiuſmodi cauſas ſacris amoueantur obſequijs, & cùm oporteat Deum placari, & decentia ſacerdotibus agi, auditorijs detineantur, & illis turbis atque inhærente tumultu litigantium animabus. Si tamen de criminibus conueniantur, ſiquidem ciuilibus hic quidem competentes iudices (hodie Epiſcopi *Fredericus auth. ſtatuimus* C. *de Epiſcop. & cleric.*) in prouincijs autem earum præſides ſiue Iudices(aut etiam Epiſcopi *dict. Nouell.* 123. *c.* 21. §. 1.) Non tranſcendente lite menſium duorum ſpatium, ex quo litis conteſtatio fit, quatenus breuis imponatur cauſæ terminus. Illud palam eſt, ſi reum eſſe putauerit eum, qui conuenitur, prouinciæ præſes, & pœna iudicauerit dignum: prius hũc

Digitized by Google

ſpoliari à Deo amabili Epiſcopo ſacerdotali dignitate,& ita ſub legum fieri manu.

Si verò Eccleſiaſticum ſit delictum egens caſtigatione Eccleſiaſtica & multa, Deo amabilis Epiſcopus hoc diſcernat, nihil communicantibus clariſsimis Prouinciæ iudicibus,neque enim volumus talia negotia omnino ſcire ciuiles iudices (*dict. Nouell.* 123. *c.* 21. §.2. intellige ſi crimen inferatur Clerico, ſi autem laico, hunc præſes cum Epiſcopo iudicat,*Nouell.*17.*De mandat princ. c.*11. *vbi Gloſſa.*) cùm oporteat talia Eccleſiaſticè examinari & emẽdare animas delinquentium per Eccleſiaſticam multam ſecundùm ſacras & diuinas regulas, quas etiam noſtræ ſequi non dedignantur leges. Confer *l.ſancimus,vt nemo* 29.*in princ.*§. 4. C. *de Epiſcop. & cler.& dict.* N*ouell.*123.*c.*10.

3. At ſectarij cauſas Eccleſiaſticas, vel Eccleſiaſtica negotia & crimina non niſi ſæcularibus iudicibus decidenda & deiudicanda committunt, vt omnes volunt, & paſsim vſu receptum in Conſiſtorijs Euangelicis,in quo tamen grauiter peccant,ipſi diuinitati contumeliam inferentes, *vt ait auth. cauſa, quæ* C.*de Epiſcop.& cleric.*

4. Epiſcopi vero de Iure conueniendi coram ſuis Metropolitanis, à quorum ſententia appellatur ad beatiſsimum Archiepiſcopum, & hoc ſi dubitatio fuerit,ſiue pro Eccleſiaſtico Iure,ſiue pro alijs quibuſdam rebus *dict.l.ſancimus* 29.*dict.*N*ouel.*123.*c.*22. *& c.*8.*& auth.nulius Epiſcopus.* C.*de Epiſcop. & cler.* Nullus,*inquit*,Epiſcopus inuitus ad ciuilẽ,vel militarem iudicem,in qualibet cauſa producatur, vel exhibeatur,niſi Princeps iubeat,&c.

Epiſcopi vbi côueniendi.

5. Hiſce adde, quod criminum quædam ſint Eccleſiaſtica,quædam ciuilia, quidam addunt mixta.Eccleſiaſticum crimen eſt, ſi quæſtio ſit de hæreſi, de ſimonia,& alijs ſpiritualibus negotijs.

Cri-

Digitized by Google

Crimen verò ciuile eſt, ſi ſit quæſtio de homicidio, de falſo, adulterio, furto & ſimilibus, *Gloſſ in auth. clericus quoque verb. Sed in ciuili crimine. C. de Epiſcop. & Cleric. Clarius in lib. 5. ſentent. §. primo n. 7.*

Cæterum iſtud caput de Iure Canonico, quod hoc caſu maximè ſeruandum, nullam patitur diſtinctionem. Nam Iure iſto nullus Clericus ad ſecularia Iudicia eſt pertrahendus. *cauſ. 11. q. 1. continua.* Vbi Valent. Theod. & Arcadius Imperatores ſic aiunt: Continua lege ſancimus, vt nullus Epiſcopus, vel eorum, qui Eccleſiæ neceſsitatibus ſeruiũt, ad Iudicia ſiue ordinariorum, ſiue extraordinariorum Iudicum pertrahatur; habent enim ij ſuos iudices, nec quicquam his publicis eſt commune cum Legibus. 6. Iure Canonico vbi religioſi conueniendi.

Imò iure Canonico Clerici ne volentes quidem Iuriſdictioni Magiſtratus ſe ſubijcere poſſunt, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit cauſa. *c. ſignificaſti c. ſi diligenti 12. de foro competent.* Nam ei Iuri quod introductum eſt, in fauorem totius collegij, tanquam Iuri publico, renunciari non poteſt *l. ius publicum D. de pact. c. contingit extr. de ſentent. excommunic.* Non tamen inficiamur, ſi quis dixerit, quẽ poſſe iuri ſuo in pluribus caſibus renunciare *7. q. 1. quam periculoſum c. ſi de terra. Ext. de priuileg.* ſicut quoq; Iure ciuili ſacerdotij prærogatiuæ renunciare licet *d. l. ſi quis in cõſcribendo 51. & d. l. ſi quis conſcribendo 29. C. de pactis*, non tamen Iure Canonico, *vt ſupra dictum eſt.* 7. An religioſus poſsit Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ renunciare.

CAP. XXXV.

DE DIFFERENTIA ORDINIS & plebis.

EX ſuperioribus vtiq; patet luculentiſſimè inter Clericos & laicos, inter

ordinem & plebem Iure differentiam eſſe conſtituendam.

1\. *Vt ſunt textus expreßi in l. decere arbitramur* 3. §. 2. C. *de ſumma Trinitat. l. omnem* 42. §. *præterea* 10. Si enim, *inquit*, multi laicorum, &c. C. *de Epiſcop. & Cleric. l. ſancimus* 79. *princ. verſ. hoc idem ſeruandum eſt, &c.* C *de Epiſcop. audient. Nouell.* 5. *De Monachis c.* 2. *princ. verb.* Sed tonſura & veſte eorum, qui laici vocantur, &c. *Nouell.* 6. *Quomod. oporteat Epiſcop. c.* 1. §. 2. *& c.* 5. *Nouell. conſtit.* 123. *de ſanctißimis Epiſcop. & Deo amabilibus, Reuerendißimis Clericis atque Monachis, &c. c.* 2. §. 1. *& c.* 32. *& Nouell.* 115. *c.* 3. §. 14. *verſ.* Si autem laici ſunt, &c. *& Nouell.* 137. *c.* 5. *in fin.* Item laici dicuntur ſeculares *arg. l. Deo nobis.* 56. C. *de Epiſcopis.* idiotæ *Nouell.* 6. *c.* 1. §. 2. *& cap.* 5. *Nouell.* 137. *c.* 6.

AN OMNES CHRISTIANI ex æquo ſint Sacerdotes?

2\. ADVERSARII non laici ſiue populares, ſed omnes Clerici eſſe volunt, nullos inungi debere ſacerdotes, ſed quibus illi manus impoſuerint, mox idoneos eſſe Verbi diuini præcones. Hinc omnem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ordinem penitus euertunt, aiuntque nullos in nouo teſtamento eſſe ſacerdotes, quod pugnat *cum l. Parabolani* 18. §. 1. *l. omnem* 42. *princ.* Qui, *inquit*, ſubingrediuntur, eorum (Apoſtolorum) ordinem & inſtituuntur ſanctiſsimarum Eccleſiarum ſacerdotes, &c. C. *de Epiſcop. & Cleric. Nouell.* 8. *princ.* §. 1.) *l. certißime* 34. §. *Et ſancimus* 3. C *de Epiſcop. audient. Confer. l. ſancimus neminem* 53. *princ.* C. *de Epiſcop. & Cleric.* & paſsim ſupra allegatis iuribus.

3\. Hinc aiunt Sacramentorum traditionem omnibus

bus eſſe communem, à qua etiam nec pueri, nec fæminæ arcendæ, quaſi verò virilium ſtudia, etiam mulierum collegijs conueniant, contra *Nouell. conſtit.* 133. *tit. Quomod. oporteat Monachos viuere, &c. cap.* 3.

An tractatio ſacramentorum omnibus ſit cōmunis.

Abſoluendi poteſtatem habere etiam ſutores, lanios, cerdones, circulatores, carnifices & alios circumforaneos. Rectius Leo Imperator *in Nouell.* 4. Quis, *ait*, anima tam eſt facili, tamque omnia promiſcua habet, vt quem non norit Sacerdotem, neque cuius religionis, neque quibus moribus ſit, hunc ad ſacrificandum (vel abſoluendum) aduocet? Caueant itaque aduerſarij, ne in hoc Clero, vel Sacerdotio iniuriam faciant, *Nouel.* 123. *c.* 4 *prin. & cap.* 15. *princ.* Nam etiam Concilium Carthaginenſe 4. quod pro lege habet Iuſtinianus, non vult mulierem, aut laicum poſſe docere. Mulier, *ait*, quamuis docta aut ſancta viros in conuentu docere non præſumat. Laicus autem præſentibus Clericis (niſi ipſis rogantibus) docere non audeat, *ca. mulier. diſt.* 23.

4. An poteſtas abſoluendi ſit paſsim communis?

Errant quoque Anabaptiſtæ, dum Laicorum nomen infidelibus tantùm, at non Chriſtianis tribuendum eſſe putant.

5. Anabaptiſtarū error.

CAP. XXXVI.

AN EPISCOPVS EX plebe vel populo petendus.

EPISCOPVS non ex plebe vel populo, ſed ex Monachis aut Clericis petatur.

Nam Epiſcopus aut ex Monachis, aut Clericis

Digitized by Google

Ordinandus, *textus in Nouell. 6. Quomod. oporteat Epiſcop. & reliquos Clericos ad ordination. adduci, & textus in Nouell. 23. de ſanctiſſimis Epiſcopis c. 1. §. damus 2.* Damus licentiam, *inquit*, decreta facientibus, ſi quempiam laicorum præter curialem & officialem dignum memoria electione eſſe putent, hunc cum alijs duobus Clericis aut Monachis eligere. Vt ſi laicus hoc modo ad Epiſcopatum eligatur, non repentè Epiſcopus ordinetur, ſed primo Clericis non minus tribus menſibus connumeretur, & ita ſanctas regulas & quotidianum Eccleſiæ miniſterium edoctus Epiſcopus ordinetur. Qui enim alios debet docere, poſt ordinationem ab alijs doceri non debet.

Nemo ab alijs doceri debet, qui ipſe alios docebit.

Cap. XXXVII.

An laici ius ſuffragii habeant in eligendo vel nominando Epiſcopum.

LAICI verò ne quidem nominandi, ſeu eligendi Epiſcopum ius habent, tantum abeſt ab illis ordinari poſſit, vel debeat.

1. videtur tamen nonnihil quæſtionis de Iure, an laici ſuffragij ius habeant in nominando, ſiue eligendo Epiſcopum. Dixi eligendo, non autem ordinando Epiſcopum: aliud eſt enim decreto eligere, aliud ordinare Epiſcopum. *Nouell. conſt. 123. de ſanctiſſ. Epiſcop. c. 1. §. 1. & 2.* Et paſsim iſto titulo. Nam laici nequaquam ordinare poſſunt Epiſcopos, *Nouell. 6. c 1. §. 9. &* 10. vt alibi latius probatum.

2. Controuerſia tantum eſt in eo, an ſaltem laici cum

cum Clericis, decreto facto eligendi, vel nominandi Epiſcopum ius habeant. Nam quidam hoc affirmant *per text. in dict. Nouell. 133. c. 1. in princ.* vbi ſic habet textus: Sancimus igitur quoties opus fuerit Epiſcopum ordinari, Clericos & Primates ciuitatis, cuius futurus eſt Epiſcopus, ordinari, mox in tribus perſonis decreta facere, quorum tunc vnus magis idoneus, ab eo quem competit ordinare Epiſcopum, ordinatur. *Similis textus in Nouell.* 137. *de ordinat. Epiſcop. & Cleric. cap.* 2. Eſt igitur ibi expreſſum, quod ciuitatis primates, & ſic laici habeant de iure ciuili ius eligendi, ſiue nominandi Epiſcopum cum Clericis, quibus adde *l. omnem* 42. *in princip. C. de Epiſcop. & Clericis.* Quoties, *inquit*, in qualicunque ciuitate ſacerdotalem ſedem vacare cõtigerit, decretum fiat ab his, qui eam ciuitatem incolunt, ſuper tribus perſonis rectæ fidei. Et hanc ſententiam ſequitur *Gothef. in dict. Nouell.* 123. *c.* 1. Et eſt, vt opinor, Lutheranorum, aliorumque ſectariorum commune dogma, quod primates ciuitatis poſsint eligere Epiſcopum.

Sed Gloſſa *in dict. Nouell.* 123. *c.* 1. *in prin.* non vult, vt laici habeant poteſtatem eligendi Epiſcopum, cum ipſi non debeant eligere, ſed facta electione tantum conſentire, *vt in decreto ſcriptum reperitur diſt.* 62. *C. docendus, diſt.* 63. *C. nullus, & C. nõ eſt.* Vnde verba iſta (*primates ciuitatis*) intelligit de primatibus Eccleſiaſticis, vtpote Archipresbyteris, & Archidiaconis. Et hæc eſt aſſertio Catholicorum. Sed hæc Gloſſæ expoſitio contextum violare videtur, fortè tamen toleranda *propter c.* 18. *dict. Nouell.* 123. vbi fit mentio primatum Eccleſiaſticorum, &c. Et cur, ſi ciuitatis Epiſcopus inter primates ciuitatis refertur, non poſſent quoque, qui in ordine Eccleſiaſtico ſunt primi, vtpotè Archipresbyteri, & cæteri ſuperiores, &c. primates ciuitatis nominari? 3.

Clerici enim reſpectu plebis, videntur quaſi Patricij atque ſenatores ciuitatis, *ait ipſe Gothof. in dict. Nouell.123.c.2. in verb. Si vero laicus.* Ordo namque Eccleſiaſticus præſtat mundano *Nouel. 6. in prin. l. 2. §. ſed quia diuinæ C. de veter. Iur. enucleand.* Rectè igitur ab excellentiori fit denominatio. Accedat quod leges ciuiles non dedignantur ſequi ſacros canones & ſacras regulas, quas pro legibus habent, *dict. Nouell. 6. c.* 1. §. 8. Interpretatio igitur facienda ſecundùm ſacros Canones, ne iura ſibi contradicere videantur.

Ab excellentiori facienda denominatio.

4\. Secundo dic hoc iure canonum correctum quẽadmodum alia multa, quæ tamen res fidei non attinguut. Nam & variè Pontifices & alij Epiſcopi olim electi fuerunt, aliquãdo per populum ſolum, per populum & per clerum, per ſolum clerum, per Imperatores aliquando. Iterum per Clerum, *de quo vide Iſidorum Moſcouium in lib. de maieſtate militantis Eccleſiæ c. de electione ſummi Pontificis, & paßim.*

5\. Vltimo dic melius, ex his tribus à Clericis, vel primoribus ciuitatis electis meliorem eligi electione & iudicio ordinantis. Ita dicit textus *in Nouell.* 137. *c.* 2. Vnde patet, quod non tam oblatio clericorum & primatum ciuitatis, quam ordinantis electio attendenda. Exemplo ferè patroni, qui ius quidem habet præſentandi vel ſubſtituendi Clericos, quos voluerit, dummodo prius eos obtulerit, & commendauerit Epiſcopo, cui dignos admittere, indignos reſpuere licet *Nouell.* 123. *cap.* 18. *vbi textus eſt elegans. &* Nouell. 131. *De Eccleſiaſticis titulis. cap* 1[illegible]. *§. Et ſiquidem.* Et ita quoque intelligere poteris *l. ſi quenquam* 31. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Si quẽ[illegible], *inquit*, vel in hac regia ciuitate vel in cæteris [illegible]cijs, quæ toto orbe diffuſæ ſunt, ad Epiſco[illegible] gradum prouehi Deo authore contigerit, [illegible] hominum mentibus, nuda electionis conſcientia

entia ſincero omnium iudicio proferatur.

CAP. XXXVIII.

DE EPISCOPIS, QVOD Iure poßideant territoria.

EPISCOPI Eccleſiarum licitè poſſident territoria, caſtella.

T*extus in* Nouell. *Conſtit.*11. *de priuileg. Archiepiſcop. Iuſtinian.* &c. Aquenſis autem Epiſcopus, *ait*, habeat præfatam ciuitatem & omnia eius caſtella & territoria, & Eccleſias, vt poſsit Bonoſiacorum ſcelus ex ea ciuitate & terra repellere, & in Orthodoxam fidem transformare, & paſsim alibi. Habent igitur Epiſcopi terrendi, id eſt, ſummouendi ius atque poteſtatem *ſecundùm l. pupillus eſt* 234.§. *territorium* 8.*D.de verb.ſignificat*. Quod alibi negat Duaren.*lib.*1.*de Sac.Eccleſ.miniſt.c.*4.

CAP. XXXIX.

DE POENA EXPELLENTIS Epiſcopum territorio, & de beneficiorum cumulatione ac vnione.

DE POENA EXPELLENTIS *Epiſcopum.*

SI quis Diœceſin ſuo Epiſcopo priuare audeat, priuatur bonis & infamis redditur.

T*extus in l.vnaquaque* 36.*C.de Epiſcop.* & *Cleric.* L.

Vnaquæque, *inquit*, ciuitas proprium Epiſcopum habeto. Et ſi quis vel per diuinum reſcriptum ciuitatem aliquam, aut ſuo Epiſcopo, aut territorio, aut alio quopiam Iure priuare audeat, exuitur bonis & infamis redditur. Excipitur autem Tomenſium Scythiæ ciuitas, Illius enim Epiſcopus reliquarum etiam ciuitatum curam gerit, tum etiam Leontopolis Iſauriæ ſubeſt Epiſcopo Iſauropolitano.

2. **Epiſcopatus ac Monaſteria deſiderata à Catholicis.** Hodie Catholici adhuc ſunt priuati Epiſcopatu Magdeburgenſi, Bremenſi, Halberſtadienſi, Verdenſi, Oſnaburgenſi, Mindano, Lubecenſi, Vltraiectino, Camino, Schuerino, Gedanenſi, Brandenburgenſi, Ratzenburgenſi, Sleſuicenſi, Hamelburgenſi, Libuſſenſi, Monaſterijs, ac Cænobijs Hirſchfeldenſi, VValkenrid, Maubron, Rittershauſen, Ad Lapidem, VValdſach, ad S. Gilgen. Konigsbrun, Quedingenburg, Herfforden, VVeringerodæ, &c.

DE CVMVLATIONE BENEficiorum.

3. **De vnione beneficiorũ.** BENEFICIORVM multitudo iure ciuili prohibita *l. monaſteria in fin. C. de Epiſcop. & Cleric. Et iure Canonico c. cum in cunctis. §. non verò de Elect. c. poſt electionem de conceſſ. præbend. vide tit. de præbend. diſt. 89. c. ſingula,* niſi forte ea ſit Doctorum penuria, vt vnum pluribus Eccleſijs, quam ſingulos ſingulis præfici expediat, 70. *diſt. c. ſanctorum.* Præterea beneficiorum coniunctiones, ſeu vniones reales inuentæ ſunt, ob deſertas ciuitates, diminutos reditus & ſimilia. *d. l. vnaquæque* 36. *c. temporis c. poſteaquam* 16. *q.* 1. *c.* 2. *de relig. domib. c. eam te de ætat. & qualitat.* Vniones autem iſtæ fiunt variæ, vno modo, vt planè vnum beneficium, vnus ſit Epiſcopus, vnaque Eccleſia *Nouell.* 28. Altero, vt

ro, vt

Digitized by Google

ro,vt vna ſit ſuperior & principalis, alia inferior & acceſſoria, cui Vicarius certus inſtituitur miniſterij ſacri obeundi cauſa *c. extirpanda §. Qui vero de præbend.* Tertio, vt neutra ſubijciatur alteri, ſed ambabus ſuum titulum & gradum retinentibus idem miniſter præficiatur *c.1.ne ſede vacante c.temporis 16 q.1.*

CAP. XL.

DE MVNERIBVS ECcleſiaſticis.

ECCLESIASTICI ad munera ciuilia ſubeunda nullo modo compelluntur.

Verum vt hoc caput latius explicetur, inprimis breuiter ſciendum eſt, munera ciuilia eſſe triplicia, alia perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta. Perſonalia munera dicuntur, quæ opera & induſtria exercentur, abſque ſumptu & diminutione patrimonij *l.1. & l. vlt. de munerib.* Patrimonialia ſunt, quæ ſumptibus patrimonij & damnis adminiſtrantis expediuntur, abſque vlla opera aut labore *de l.1. & d.l.vlt* Et animaduertendum eſt, hæc munera duplicia eſſe. Quædam enim imponuntur poſſeſsionibus ipſis ac præſidijs; nulla perſonarum, à quibus poſsidentur, habita ratione, alia imponuntur non rebus, ſed perſonis, quamuis ſæpius in huiuſmodi impoſitione modus facultatum ſpectetur, ideoque mixta munera dicuntur *d.l.vlt.§.26.& 27. & 28.* Rurſum horum munerum quædam ordinaria, legitimaque ſunt, vt portoria, quædam Iſagogica, quædam exagogica, & id genus alia, quæ canonis 1.

nonis ſignificatione appellantur. Alia extra ordinem inducuntur principum ac magiſtratuum arbitrio, cum nulla ſint lege conſtituta, nec certam præſtationem habeant *l. in honoribus* 8. §. 3. *De vacat. muner. l. 1. C. de vac. pup. mun.* Ita hæc breuiter & eleganter definit Duarenus *l. 5. De ſacris Eccleſiæ miniſtris c.* 10. Quanquam Doctores hæc paulo aliter definiant, quos vide remiſsiuè apud VVeſenbecium *in para. tit. de muneribus & honorib.*

2. Sciendum igitur, quod munera perſonalia Eccleſiaſtici non ſubeant *l. generaliter* 52. *C. de Epiſco. & Cleric.* Ratio ne auocentur à functione, miniſterioque diuino.

Muneribus ordinarijs, quæ & Canonica dicuntur *l* 1. *C. de indict.* Eccleſiaſtici ſubijciuntur *l. nullus* 28. *C. de decurionib. quæ eſt lex Valen. & Valentis Imperator. Nouell. de Eccleſiis conſtit. In Afric. &c. conſt.* 37. *Nouell.* 149. *c.* 3 *l. placet* 5. *C. de SS. Eccleſiis l. de his* 3. *C. de Epiſcop. & cleric. iuncta l. Imperatores* 7. *D. de publicanis. l. obſiſtere* 10. *C. de Annonis l. actores* 4. *& l. ſi diuina* 8. *C. de exaction. tributor.* (Quibus legibus etiam probatur ratione cenſuum & tributorum, Eccleſiaſticas perſonas conueniri poſſe apud Iudicem laicum) Ratio prædictæ regulæ eſt, quia ſtata illa tributa atque vectigalia, *inquit Duarenus dicto in loco* (quæ nerui Reipublicæ dicuntur ab Vlpiano *l. 1. de quæſtionib*, quod ſine illis publicum ſtatum tueri non liceat,) nemo detrectare poteſt. *d. l. nullus.* Extraordinaria autem munera, vel alias ſordidas functiones Eccleſiæ ſubire non coguntur *l. omnes* 33 *§. priuilegijs* 7. *C. de Epiſcop. & cler. l. placet* 5. *C. de Sacroſanctis Eccleſiis l.* 1. *& l.* 2. *C. de Epiſcop. & cleric. dict. Nouell.* 131. *c.* 5. *Nouell.* 134. *c.* 1. niſi ob magnam & Reipublicæ valde neceſſariam cauſam indicentur, vt puta ſi expeditionis tempore plauſtris, mancipijs, aut aliuſmodi angarijs, aut per-

perangarijs opus ſit *l. neminem* 11. *de Sacroſanct. Eccleſ. l. nullus.* 21. *C. de curſ. public.* ſi ob annuam embolam, vt ait Theodoſius, id eſt, ob tranſuectionem ſpecierum publicarum nauis ſit neceſſaria *l. iubemus* 10. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Vel ad pietatem pertineant, puta refectionem itinerum, pontium, portus, aquæductus atque murorum, &c. *l. ad inſtructiones* 7. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. abſit* 4. *C. de priuileg. dom. Auguſt. doct. Nouell.* 131. *c.* 5. *& l.* 1. *C. de collat. fund. l. ad portus* 7. *C. de operib. public.* Neque vlla diſtinctio eſt in Iureciuili inter ea munera, quæ prædijs, & ea quæ perſonis (collectarum nomine) indicta ſunt; Omnibus ſiquidem muneribus legitimis atq; ordinarijs obnoxiæ ſunt. Itaque, *ait Duarenus*, eius collocationis, quam talem hodie appellamus, ſi ius ciuile reſpicias, vocationem vix habẽt Eccleſiaſtici. Nam etſi olim extraordinarium munus eſſet, ac prout belli neceſsitas efflagitabat, ad tempus indici ſolitum, tamen edictis regijs ad ordinariam præſtationem redactum eſt. Id quod à priſcis etiam Imperatoribus Romanis factum eſſe in legibus comperimus *l.* 1. *C. de indict. Ita Duarenus præfato in loco.*

3. Verum hiſce omnibus refragatur noua Friderici Imperatoris Conſtitutio, *quæ inſerta eſt titulo C. de Epiſcop. & cleric.* quæ Eccleſias aut alia pia loca, ſiue Eccleſiaſticas perſonas, à quibuſcunque etiam exactionibus tam ordinarijs, quàm extraordinarijs diſertè eximit. Item nulla, *inquit*, cõmunitas, vel perſona publica, vel priuata collectas, vel exactiones angarias, vel perangarias Eccleſijs, vel alijs pijs locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere Eccleſiaſtica bona præſumant, quod ſi fecerint, & requiſiti ab Eccleſia vel Imperio, emendare contempſerint: triplum refundant, & nihilominus bona imperiali banno ſubiaceant; quod

abſ-

abſque ſatisf[...]ione debita nullatenus remittantur.

At hanc conſtitutionem ſecundùm priora accipiendam eſſe admonet Duarenus. Et certo certius eſſe ait, Honorium tertium eam Conſtitutionem à Frederico expreſsiſſe, quo die eum diademate Imperatorio inſigniuit. Idque accidit ſexto pòſt anno, quam Imperator lectus fuit Fredericus. Tanto enim tempore dilata eſt coronatio, quam Innocentius ei, cùm inde ab initio negauerat.

Verum, cum Frederici Conſtitutio loquatur generaliter, rectè quoque ſic in multis regionibus practicatur. Et videant Eccleſiaſtici, vt huiuſmodi beneficijs inſiſtant, nec deperdant: vel intellige dictam conſtitutionem de extraordinarijs exactionibus, vtpotè, quæ regulariter ſunt damnatæ vſu contrario nihil obſtante *dict. Nouell.* 134. *c.*1. & *dict.* *Nouell.*131.*c.*5.

CAP. XLI.

DE OECONOMIS CIMEliarchis & apocriſarijs.

OMNES autem tam Clerici, quam Monachi ſuos habent Oeconomos (*a*) chartularios (*b*) cimeliarchos, id eſt, theſaurarios (*c*) apocriſarios, reſpōſarios, aut referendarios. (*d*)

(a) Sic dicti quaſi omnium oblationum obuentionumque curam habentes.

(b) *Nouell.*120. *de alienatione & Emphyteuſi c.*7.§.1. id eſt, Notarios, *Bartolus in Nouell. de Armis princip.*

(c) No-

(c) *Nouell* 40. §. 1. *l. vlt. §. vlt. C. de hon. auth. iud poſſidend. l.* 20. §. 1. *C. de agricol. & cenſit.* qui ſacra Eccleſiæ vaſa cuſtodiebant *l. ſancimus* 21. *C. de SS. Eccleſiis.*

(d) *Nouell. 6. cap. 2. Nouell. 123. c. 25. c. 27. cap. 36. cap. 42. Nouell. 133. c. 4. & 5. Nouell. 153. Nouell. 24. cap. 4. Nouell. 25. c. 1. in fin. l. 29. C. de Epiſcop. & cleric.* Syndici. Vulgo Procuratores vel Syndici, qui vſu exigente pro Monaſterio reſpondent, vel eius res neceſſarias procurant *de Eccleſiedicis vide l. 42. §. 9. C. de Sacroſ. Eccleſ. l. 34. §. 5. de Epiſcop. audient.*

Hi tamen omnes non ſunt Clerici, *Duarenus lib. 1. de Sacr. Eccleſ. miniſt. c.* 19. Quidam ſunt, *inquit*, miniſtri in Eccleſijs, qui laici atque adeò plebei, nonnunquam magis, quam clerici cenſentur. Huiuſmodi ſunt OEconomi, qui diſpenſationem facultatum Eccleſiaſticarum ſub Epiſcopo habent, quorum meminit ſæpè Iuſtinianus *ſub tit. de Sacroſanctis Eccleſ. & tit. de Epiſcop. & cleric.* Item Syndici ſiue defenſores atque apocriſarij, ſiue reſponſales, qui cauſis forenſibus nomine Eccleſiæ & legationibus dant operam, *tit. de Synd.* Hi quoque, qui nolarum æneárum pulſatione & campanæ ſonitu conuocant populum Eccleſiæ miniſtrant atque inſeruiunt. Sed nemo horum ideò Clericus eſſe intelligitur. Eadem eſt cauſa eorum, qui ad ægrotantium curam olim adhiberi conſueuerant, & parabolani ideò fortaſsis dicebantur, quia rem periculi atque diſcriminis plenam tractabant *l. placet l. parabolani C. de Epiſcop. & cleric.* (Adde, quod certo genere voti & quaſi religioſo curandis ægrotis pauperibus publicè deſtinati, *vide Gothofred. in l. parabolani* 18. *C. de Epiſcop. & cleric.* quales ſunt ferè hodiè Coloniæ Vbiorum *vulgo* die Bacchardеn) His annumerandi ſunt & Decani, de quibus loquitur Theodoſius *l. non plures, l. qui ſub prætextu*

Parabolani vnde dicti.

(*de Sa-*

Digitized by Google

C.de Sacroſanct.Eccleſ. Nam hos in numerum Clericorum non referri ſatis apertè oſtendunt Iuſtiniani conſtitutiones, quibus eorum officium deſcribitur *Nouell.*43.*&* 59. Quamuis nonnulli Decanos pro Clericis atque Canonicis accipiant. *Alciat.dict.legibus* (*Accurſius in Nouell.*3. *Vt determinat. ſit numer. Clericor.verb. mēſura,& in verb.numerus.*) Hactenus ferè Duarenus, vbi quoque dat rationem cur iſti non minus inter Clericos referantur, quam alij, vtpote hoſtiarij & acolythi, munus non minus ſpirituale, quàm iſtorum eſſe videtur, nimirum, quod hi ſpirituali adminiſtrationi dicati, atque conſecrati, iſti non item. Dicit tamen Gothofred. *in d.l. Presbyteros* 8.*C.de Epiſcop.& cleric.* quod acolythi, *qui & iuuenes l.*10. *C. Theodoſ. Eod.* corrupti ibidem iungantur Clericis, vt qui ex eorum numero non ſint *l.*24.*C. Theod. eod. & dict. Nouell.*123. *c.*19. Hi cereos & funalia deferebant, vetantur cerarium exigere ab hæredibus defunctorum, *Nouel.* 59.

An Acolythi de numero ſint Clericorum.

CAP. XLII.

DE CLERICIS, CANONICIS, eorumq́ Eccleſiis atque reditibus.

CLERICI (*a*) & Canonici (*b*) Iure poſſident Cathedrales ac Collegiatas Eccleſias (*c*) quibus certus Clericorum numerus rectè præfinitur (*d*) illis præſunt Epiſcopi, vel eorum Vicarij, his præpoſiti, vel vulgo Decani dicti.

Clerici qui appellati.

(*a*) Qui Chriſtianæ religionis ſacris initiantur ab ipſa vſque naſcentis Eccleſiæ infantia Clericos appel-

appellatos fuiſſe refert *Alciat. li.5.* πάρεργον. Et quod Græcis Cleros idem ſit, quod ſors: Clerici namque per ſortem deligi ſolebant olim *iuxta c. cleros diſt.* 21. Quæ tamen electionis forma ſacrorum Canonum iure hodiè non approbatur *c. fin. ext. de ſortileg.* eò quòd certo iudicio deligendi ac approbandi ſint.

Clerici olim per ſortem eligebantur.

(*b*) Sic dicti à Canone ſiue regula, quia communem quandam vitæ regulam inſtitutumque obſeruant. Hinc Canonicæ mulieres, *de quibus Nouell. 59. de debita impenſ. in exeq. defunctorum c.* 2. Alij eos à canone, id eſt, penſione ſiue annona, quæ ipſis pro ſtipendio & mercede diſtribuebatur, dictos contendunt, *quod probat Duarenus arg. l. placet 5. C. de SS. Eccleſ. l. 1. C. de indictionib.* vbi fit mentio canonicæ illationis, nec non canonis in tali ſignificatione.

Canonici vnde dicti.

Clericatus autem magnus eſt honor, *vt paſſim ait Imperator in l. officiales 4. & in auth. ſed neque ſeq. §. ſed ſi poſt, & in l. Presbyteri 8. & in auth. Presbyteri, ſeu Diaconi & in l. eum qui 19. l. omnes 33. §. 1. verb. Et beatitudinis honor debitus reſeruetur l. iubemus 37. §. ſernos 1. C. de Epiſcop. & cleric. Nouell. 123. c. 2. §. 1. & cap.* 15. Imo eſt honor maior quocunque honore temporali *ſecundùm Iaſonem in l. generaliter col. 2. D. de in Ius vocando, vbi allegat Bartolum.*

Clericatus honor.

(c) *Toto titulo C. de Sacroſanctis Eccleſijs & de rebus, & priuilegijs earum.*

(*d*) Hinc in ſanctiſsima maiori Eccleſia Conſtantinopolitana (quam Cathedralem vocamus) & tribus illi coadunatis ædibus ſacris vltra 60. *Presbyteri,* Diaconi vero *mares* 100. fæminæ 40. & ſubdiaconi 90. Lectores autem vltra 110. Cantores vltra 25. conſtitui non debebant, vt vniuerſus Reuerendiſsimus Clericorum numerus maioris Eccleſiæ in 425. perſonis & 100. preterea oſtiarijs, vt vocãt, con- 1.

Clericorum & oſtiariorum numerus in Eccleſia Conſtantinopolitana maiore à tempore Iuſtiniani.

Digitized by Google

ſiſteret, *textus in Nouell. 3. Vt determinat ſit numer. Clericorum ſanctiſſimæ maioris Eccleſiæ & cæterarum Eccleſiarum Conſtant. c.* 1. §. 1.

2. Centum & plures ſectariorum percurreres Eccleſias, antequam tot inuenires miniſtros & prædicantes, quot in vna Eccleſia Conſtantinopolitana olim ſunt reperti Clerici & oſtiarij.

3. Notandum vero *ex dict. Nouell. 3. c. 2.* Quod tempore Iuſtiniani certus Clericorum numerus Eccleſijs ideò præfiniebatur, ne forſan etiam, qui in eis creantur in multitudinem incidentes immenſam, & accedentes ſibimet à piè agentibus REDITVS diuidentes, & exinde ad menſuram eorum ſufficere non videntes in maximam anguſtiam incidant, vti loquitur dict. Nouel. 3. *c.* 2. *& infra:* Quapropter, *ait*, ne rurſus fiat talis aliqua rei confuſio atque tumultus cauſa ad menſuram à principio conſtitutã redacta, tunc ordinare liceat, in tantum, vt non tranſcendatur definitá menſura, neque numerus tranſeatur, aut fiat quædam circa hoc calliditas, non enim illud patimur omninò fieri, vt dicatur: Quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta præbere. Hoc enim eſt rurſus ad confuſionem efficientium & immenſam adiectionem ſecunda collegia conſtituentium. Deinde etiam plurimas habebit cauſas circumuentionis, vt alias ſibimet vias auaritiæ inueniant & pro alimentorũ expenſis, &c. At poſteaquam victus ſuppeditatus fuerit miniſtris Eccleſiarum, reliquum debet erogari circa pios actus, & Deo placentes, vtpotè pauperibus, qui in veritate egent, *Nouell. 3. c. 3.*

Cur certus numerus clericorum Eccleſijs præfinitus.

Reditus Eccleſiaſtici quando in pauperes erogandi.

4. Hodiè ſectarij ita ſciunt extenuare reditus Eccleſiarum Orthodoxorũ, vt apud eos Clericorum numerus ſit nullus, nulla Collegiatarum Eccleſiarum facies. Reditus verò Eccleſiaſticos non in pauperes ſiue egentes, ſed in milites & ſtipendiatos erogant.

Sectariorum impietas.

CA-

CAP. XLIII.

DE CONTINENTIA & Caſtitate.

VOTVM Continentiæ de Iure impoſſibile non eſt, vnde monentur religioſi, vota ſua vt ſedulo cuſtodiant: & cæt.

Nouell.5.de Monachis.c.3.ibi. Niſi tamen quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes vitam remotam habeant in Hoſpitio,&c.vbi ſatis clarè oſtendit Imperator quoſdam in perfectione degere,*&* *Nouell.conſtit.* 133. *Quomodo Monachos viuere oport.c.2.* Quatuor autem, vel quinque ſeniores ex ipſo Monaſterio eſſe in conſtituta Eccleſia,quibus iam omnis exercitatio eſt expleta in continentia; & qui ordinationem habere meruerunt in Clero Presbyterorum forſan, aut Diaconorum,aut deinceps habentium ſchema. Dicti enim & ſuperuenientes alloquentur, & de diuerſis eloquijs diſputabũt,& putari omnes eſſe tales procurabunt,& cuſtodient ſacram domum; iuuentutem autem exardeſcentem & ſuos terminos exilire volentem in continentia detinebunt: *Et in c. 3. princ. verſ.* Si enim ipſa principia abſcindamus & per ipſum aſpectum inſitam animabus definitionem, & ex hoc lapſum prohibeamus, erit multo poſsibilis & facilior ſacris decertatoribus melioris vitæ ſtatus. Ecce apertè textus inſinuat votum Continentiæ poſſe ſeruari.

Multi in perfectione degunt.

Continentiã requirit exercitationẽ.

Iuuentus religioſa debet in continentia detineri non excurrere ad nuptias.

Continentes ſacri decertatores.

Adde textum elegantiſsimum in Nouell. 6. c. 1. §.8. Sed etiam ſic eum conſtitutum: & ad Epiſcopatum

2.

præparatum, competens eſt Venerabiles & vndiq; probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuiolata noſtra ſuſcipit fides, & Catholica Apoſtolicaque Dei Eccleſia diſpoſuit & tradidit: & dum ex frequenti earum lectione tranſierit, qui ad ordinationem deducitur, tunc is, qui ordinationem impoſiturus eſt, interroget eum, ſi ſufficiens eſt cuſtodire & agere, quæ ſacræ regulæ ſancierunt. Et ſi quidem ille declarauerit, & dixerit præcepta ſacrarum regularum non ſe valere ſeruare: nullo modo ei ordinationem imponi, ſi vero ſuſceperit, & dixerit, quia quantum homini eſt poſſibile, complebit hæc, quæ his continentur, tunc monere eum & dicere, quia niſi hæc obſeruauerit, & à Deo alienus erit, & cadet à iam dato honore, & neque ciuiles leges delictum inultum relinquent: Eo quod à præcedentibus nos Imperatoribus & à nobis ipſis rectè dictum eſt: Oportere ſacras regulas pro legibus valere. Et ſi etiam ſic permanſerit cauſam amplectens: tunc ſuper his profeſsionibus vnumquemque ſacram ſuſcipere Epiſcopatus ordinationem.

Pœna deſerentis votũ caſtitatis.

3. *Et textus apertus in dict.* Nouell.123. *c.*14. Si vero futurus, *ait*, ordinari diaconus non habuerit vxorem (ſicut prius dictum eſt) coniunctam ſibi: non aliter ordinetur, niſi prius ab ordinante cum interrogatus promiſerit, poſſe poſt ordinationem & ſine legitima vxore honeſtè viuere, &c. Adde quod Saluatorem noſtrum, quantum homini eſt poſsibile l. imperialis beneuolentiæ 23. *princ. C. de nupt. imitari debemus* Nouell. 40. *c.* 1. §. 1. *in fin. Nouell.* 69. *c.* 4. §. 1 Rectè igitur facimus, ſi eundem in continentia ſequamur.

4. Votum continentiæ poſsibile.

Vnde ſatis colligitur votũ Continentiæ non eſſe impoſsibile mediante gratia diuina.

Soluitur obiectio.

Neque huic obſtat *textus in Nouell.* 22. *De nuptijs,*

c. 42.

c.42. qui alias clarè inſinuare videtur, plurimos propter aliquam ineuitabilem neceſsitatem ad ſecundas nuptias peruenire, *textus in dict. Nouell.6.c.5.vbi* gloſſa interpretatur Ineuitabilem neceſsitatem, propter quædam, quæ inuitant hominem ad matrimonium, & quaſi neceſsitatem imponunt. *Vide ibidem.*

Nam reſpondeo ſupra allegatos textus loqui de cantore & lectore, qui Iureciuili votum continentiæ non præſtant. Vnde ſi ſe continere non poſſunt, ad ſecundas nuptias liberè veniunt, non tamen ad maius ſacerdotium promouendi, *dict.c. 42.* ſecus verò eſt in alijs religioſis, qui continentiam vouerunt, hi namque voto ſemel coram Epiſcopo emiſſe eo ſemper tenentur, neque ipſis proderit poſtea allegare aliquam ineuitabilem neceſsitatem, vtpotè qui voto nondum emiſſo ſciuerunt, vel ſcire debuerunt, quid vouerint, *textus egrégius in dict. Nouell.6.Quomod.oport Epiſcop. c.1.* §.8. Nam ſacerdoti nulla eſt ſpes nuptiarum, *Nouell. 22. de nuptijs c.44.§.1.* sacerdoti nulla ſpes nuptiarum.

CAP. XLIV.

DE NON ORDINANDIS Digamis.

LICET vero is, qui ante ordinationem vxorem virginem habuerit, Iureciuili à ſacro Clericatus ordine non ſit arcendus, nequaquam tamen Digami admittuntur.

Textus in Nouell.123. c.13. auth. Diaconiſſam C.de Epiſcop & Cleric. vbi dicitur, quod Diaconiſſa non

poſſit ordinari, quæ ad ſecundas prouenerit nuptias. *Et textus in Nouell. 22. ca. 42.* vbi dicitur, quod laicus, qui ad ſecundas prouenerit nuptias, non impetrabit ſacerdotium, *& textus in Nouell. 6. c. 5. in princip.* Neque autem, *inquit*, ſecundas habentem, aut eum, qui ſecundas habuerit nuptias, ordinari in Diaconum, aut Presbyterum, &c. *& in Nouell. 123. c. 12. & in Nouell 137. c. 1.* vbi ſic habetur. Quod autem diuini Canones prohibent Clericos eſſe, qui ſecundam vxorem duxerunt, & inter ſanctos Baſilius docens ſic ait: Digamos Canō miniſterio excluſit, & ex ijs progenitos. Et hæc quidem ſanctus Baſilius. &c.

Baſilius ſanctus.

2. Cantor quoque, vel lector ſecundam ducens vxorem ad alium Eccleſiaſticum ordinem prouehi nequit: Si vero tale aliquid egerit, & ad ſecundas veniens nuptias ad maiorem gradum venire feſtinauerit, exinde idiota erit, & laicus omni ſacro miniſterio cadens, *inquit dict. Nouell. 6 cap. 5. & dict. Nouell. 22. cap. 42. & auth. multo magis C. de Epiſcop. & clericis & dict. Nouell. 123. c. 14.*

3. Ratio huius capitis dari poteſt. Si enim in laicis ſecundæ nuptiæ ſint odioſæ *Nouell. conſt. 2. c. 1. & 2. §. 1. & Nouell. conſt. 22. cap. 22. § Soluto 1. & cap. 40. & cap. 43.* licet permiſſæ, *dict. Nouell. conſt. 2. cap. 3. verſ. Nec enim, & verſ. Sin autem non valuerit.* quanto magis in his, qui ſe profitentur ſacerdotes Dei, odioſæ erunt. Hos enim non oportet eſſe impeditos affectionibus carnalium liberorum, cum omnium fidelium ſint ſpirituales Patres *l. omnem adhibentes §. conuenit 1. C. de Epiſcop. & cleric.*

4. Sectarij noſtri non tantum binubos, ſed etiam trinubos ad eorum prætenſa ſacra ordinant, quemadmodum ipſe vidi Auguſtæ Vindelicorum.

At omninò perperam. Quomodo enim is poteſt hortator eſſe viduitatis, qui & ipſe coniugia frequenta-

Digitized by Google

quentauerit, *vt inquit Ambroſius in lib. de offic.* C. vn. *26. diſtinct.* Facit, quod quidem ſatis ſit, ſi ad ſecundas venerint nuptias, hi qui in minoribus ſunt conſtituti ordinibus, vt cantores, & lectores, ſed tamen ad tertias conuolare nuptias ipſis omninò interdictum eſt, ſicut diſerte tradit Iuſtinianus *in Nouell. 6. Quomod. oport.* Epiſcop. c. 5. Igitur ſectariorum miniſtri planè ſunt laici & omni ſacro miniſterio merito cecidêre *dict.* Nouell. 6. c. 5.

CAP. XLV.

DE CAELIBATV EPIſcoporum.

EPISCOPO nullam mulierem ſecum habere permittitur, ſed ſi habere probetur, ab Epiſcopatu deijcitur, quo ſe fecit indignum.

Ita formalis textus *in auth. Epiſcopo C. de Epiſc. & Cleric. & textus in l. omnem adhibentes* 42. §. 1. *eodem.* Conuenit igitur, *inquit*, huiuſmodi eligi & ordinari ſacerdotes, quibus nec liberi ſint, nec nepotes. Etenim fieri vix poteſt, vt vacans huius quotidianæ vitæ curis (quas liberi creant parentibus maximas) omne ſtudium, omnemque cogitationem circa diuinam Liturgiam & res Eccleſiaſticas conſumat. Nam cum quidam ſumma in Deum ſpe, & vt animæ eorum ſaluæ fiant, ad ſanctiſſimas adcurrant Eccleſias, & eis omnes ſuas facultates adferant & derelinquant, vt in pauperes & egentes, & alios pios vſus conſumantur: indecens eſt Epiſcopos in ſuum illos auferre lucrum, aut in propriam ſobolem, aut cognatos impendere. Oportet enim

Mundanæ curæ impediunt ſtudiũ circa diuina.

Epiſcopus non debet in propriã ſobolem facultates Eccleſiæ impendere.

enim Epiſcopum minimè impeditum affectionibus carnalium liberorum omnium fidelium ſpiritualem eſſe Patrem. Has igitur ob cauſas prohibemus habentem natos aut nepotes ordinari Epiſcopum. Et textus *in l. ſancimus nеminē* 48. *C. Eod. de Epiſc. & Cler.* Sancimus, *inquit*, neminē ad Epiſcopatū ordinari, niſi & in alijs rebus vtilis & optimus ſit, & neq; mulieri cohabitet, neq; liberorū exiſtat pater, ſed loco vxoris adhæreat quidem & continens ſit circa ſanctiſsimam Eccleſiam: loco vero liberorum omnem Chriſtianum & orthodoxum habeat populum, cognoſcens ſic ab initio ea, quæ de ſucceſsione Deo amabilium Epiſcoporum ſunt, nos diſpoſuiſſe, & cum eiuſmodi cogitatione proceſsiſſe legem noſtram, & eos, qui præter hæc quid faciunt, aut fecerint, omni Epiſcopatu indignos eſſe; Qui enim poſt hanc noſtram conſtitutionem facere aliquos Epiſcopos præter eius vim, aut fieri auſi fuerint, neque in Epiſcopis numerabuntur, neque manebunt in ſacris, ſed expulſi ab his alijs dabunt locum ordinationis, cum in primis diligentiſsimæ, tum etiā Deo per omnia placentis, &c. & textus *in Nouell. 6. Quomod. oporteat Epiſcopos & reliquos ad ordinationem adduci, c.* 1. §. 3. & 4. & §. 7. Prius, *inquit*, Monachicam vitam profeſſus, aut in clero conſtitutus non minus menſibus ſex vxori tamen non cohærens, aut filios, aut nepotes habens: hoc enim omnimodo ſuper Deo amabilibus Epiſcopis quærimus, ſicut etiam prius duabus noſtris conſtitutionibus ſancitum eſt, per quas dudum cohærentes vxoribus non perſcrutamur, omne præteritum relinquentes, de cætero autem nulli permittentes à poſitione legis vxorem habenti (non nocet tamē habuiſſe) talem imponi ordinationem etiam nunc renouamus, ne fortè ſi præter hoc aliquid fiat, & ipſe cadat ſacerdotio, & ordinationem ſimi-

Epiſcopi vxor Eccleſia, liberi populus Chriſtianus.

Epiſcopus vxoratus inter Epiſcopos non numerabitur.

ſimiliter excludi procuret. Igitur ordinandus Epiſcopus, &c. Et textus *in Nouell.* 123. *de ſanctiſsimis Epiſcopis c.*1.*in princ. & Nouell.* 137.*c.*2.*& paſsim.*

Imo in tantum prohibetur Epiſcopus adhærere vel cohabitare mulieri, vt ne quidem de Iureciuili cum propria matre, aut ſorore citra ſuſpicionem cohabitare poſsit, *textus in dict.* Nouel.123.*c.*29. Epiſcopum verò, *inquit*, nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur, nequaquam hoc cuſtodiens Epiſcopatu proijciatur. Ipſe enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio. *Similis textus in d.auth.Epiſcopi.C. de Epiſco. & Cleric.* Clericus tamen cum matre aut ſorore citra ſuſpicionem habitare poteſt, *dict.* Nouell.123. *c.*29. Quod idem quoque adhuc de Epiſcopo dicendum videtur per textum Nouell. 137.*c.*1. *in fin.* Et ita fortè præallegata iura ſunt limitanda *& l. eum, qui probabilem* 19.*C.de Epiſcop.& Cleric.*

An Epiſcopo aut Clerico cohabitare poſſit mater, vel ſoror.

CAP. XLVI.

DE CAELIBATV CLERICORUM, Monachorum atque Monialium.

EODEM modo Clericis aut Monachis vxores: vel Monialibus maritos habere non eſt licitum.

Rubric.*C.de Epiſcopis & Clericis, &c.* Et de nuptijs Clericorum vetitis ſeu permiſsis, &c. *& auth. Sed neque* §.1. *Imperatores Honor. & Theod.in l.eum, qui probabilem* 19.*& auth. multo magis C.de Epiſcop. & Cleric.* Multo magis ergo, *inquit*, ceſſant Clerico- 1.

rum coniugia: Soli enim Cantores lectoreſque nuptias contrahere permittuntur. Alijs autem omnibus penitus interdicimus, veruntamen ſi & ipſi ad ſecundas peruenerint nuptias, nequaquam ad ſacerdotij culmen aſcendant. Concordat *Nouell. 5. de Monachis. c. 8. & Nouel. 22. c. 42. & c. 44. §. Sed vt nō l. & § 7. & Nouell. 123. c. 14. l. ſacris Canonibus 45. C. de Epiſcop. & Cleric. & textus in dict. Nouell. 5. de Monachis c. 8.* vbi dicitur, Clericis Matrimonium ſecundùm ſacras regulas interdici (*concordat Nouell. 123. c. 29. princ.*) & quod clericus, vel Monachus vxorem ducens priorem conuerſationem, & ſolitariam cōfundat vitam. *Et textus in Nouell. 6. Quomod oporteat clericos ad ordination. adduc. c. 5. vbi ait*: Neque autem ſecundas habentem, aut eum qui habuerit ſecundas nuptias, ordinari in Diaconum, aut Preſbyterum, neque ſi mulieri coniungatur ſeiunctæ, & proprium virum derelinquenti, ſed neque ſi concubinam habeat, ſed & ipſam vxorem, ſi cum caſtitate & virginitate ſit. Nihil enim ſic in ſacris ordinationibus diligimus, quam cum caſtitate viuentes, aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnius vxoris virum, qui vel fuerit, vel ſit, & ipſam caſtitatem eligentem primum principium & fundamentum manifeſtum ſecundùm diuinas regulas & reſiduæ virtutis conſtitutam. Si autem aliquis Presbyter, aut diaconus, aut Subdiaconus poſtea ducat vxorem, aut concubinam, aut palam, aut occultè, ſacro ſtatim cadat ordine. Et deinceps idiota ſit. Quod ſi & lector ſecundam ducat vxorem propter quædam, & hoc forſitan irrecuperabili neceſſitate, nullatenus ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiori in ſacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuo, ſed non ad tertias veniat nuptias. Satis enim eſt, ſi ad ſecundas. Si vero aliquid tale egerit, & ad ſecundas veniens nu-

Lector non poteſt peruenire ad tertias nuptias.

pties

ptias ad maiorem gradum venire feſtinauerit, exinde idiota erit, & laicus, omni ſacro miniſterio cadens. Pudicè etenim nobis per omnia pertinet viuere, ſi enim tales conſtituti ij, qui in clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad Epiſcopatum aſcenſus erit. Et ex multis viris facilius inuenientur, qui adducantur ad primum gradum ſacerdotij digni, &c. *& textus in Nouell.* 137. *De ordinatione Epiſcoporum c.* 1. *§. fin.* In tantum autem, *inquit*, Patribus ſacerdotum cura fuit, vt qui Nicææ conuenerunt, Canonem ediderint, ita habentem: ***Interdixit per omnia magna Synodus non Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem***, niſi fortè, aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantum perſonas, quæ ſuſpicionem effugiunt. Idem voluit Concilium Chalcedonenſe *can.* 16. *& Nouell.* 123. *c.* 12. *& c.* 14. ait; Si futurus ordinari Diaconus non habuerit vxorem, ſicut prius dictum eſt, coniunctam ſibi, non aliter ordinetur, niſi prius ab ordinante eum interrogatus promiſerit. Poſſe poſt ordinationem & ſine legitima vxore honeſtè viuere, non valente eo, qui ordinat in tempore ordinationis permittere diaconum, aut Subdiaconum poſt ordinationem vxorem accipere. Is autem, qui permittit Epiſcopus, expellatur ab Epiſcopatu. Si vero poſt ordinationem Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus vxorem duxerit, expellatur à Clero, & Curiæ Ciuitatis illius, in qua Clericus erat, cum proprijs rebus tradatur. Si vero lector ſecundam ducat vxorem, aut primam quidem viduam, aut ſeparatam à viro, aut legibus, vel ſacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium Eccleſiaſticum ordinem prouehatur, ſed etſi quolibet modo ad maiorem ordinem perducatur, expellatur eo, & priori reſtituatur, *& c.* 15. *& Nouell.* 154. *c.* 1.

Ordinandus caſtitatem promittit.

Pœna Epiſcopi permittentis Eccleſiaſtico ducere vxorē, & Clerici ducentis vxorem.

DeMo-

Digitized by Google

2. De Monialibus loquitur *dict. Nouell.6. Quomod. oporteat Epiſco.c.6.* Et aut virgines conſtitutas, *inquit*, vnius viri, quæ fuerant vxores, non enim permittimus, neque ſecundas contrahentibus nuptias, neque vitam non habentibus, vt diximus, irreprehenſibilem, ſed nec ſuſpectam omninò ad ſacrum venire miniſterium; & adorandis miniſtrare baptiſmatibus, & alijs adeſſe ſecretis, quæ in venerabilibus miniſterijs per eas ritè aguntur, *& ibid.* nequaquam viris admixta conſtituta ſit, neque ſuo arbitrio habitans, ſed vitæ ſeparatæ & mediocris, & à conueniente multitudine bonum teſtimoniũ habens. Volumus autem ipſas, quæ ad ordinationem perducuntur, Diaconiſſas, ſiue ex viduitate, ſiue virginitate, non cum aliquo cohærentes, aut cognatorum, aut eorum, quos appellant Dilectos (talibus enim nominibus vtentes maligna ſuſpicione ſuam replent vitam) ſed aut ſolæ habitent, &c. ſcituras, quod ſi præſumpſerint, aut erubeſcentes ordinationẽ, aut derelinquentes ſacrum miniſterium ad nuptias venerint, aut aliam omninò elegerint vitam, ipſæ quidem obligatæ efficientur morti, & ſubſtantia earum applicabitur ſanctiſsimis Eccleſijs, aut Monaſterijs, in quibus ſunt. Qui verò eas, aut vxores accipere, aut corrumpere præſumpſerint, obnoxij quidem & ipſi gladio erunt, ſubſtantia autem eorum applicabitur Fiſco, &c. *& bonus textus in dict. Nouell.* 123.*c.* 30. *& Nouell.* 133. *Quomodo oporteat Monachos viuere, &c.c.*3. *vbi vide latè.*

Pœna derelinquentis ordinem, & nubentis.

Pœna monialem ducentis.

3. Neque obſtat *l. omnis* 7. *C. de Epiſcopis & Cleric.* vbi priuilegium datur Clericis, eorum ſeruitoribus, vxoribus & filijs, vt non vocentur ad munera ſordida. Reſpondetur enim, quod iſta lex loquatur de Clericis coniugatis, qui ante ſacros ordines contraxerunt matrimonium. Si enim poſt ſacros ordi-

Soluitur iectio.

ordines nuptias contraherent, inceſtum committerent. *Ita Gloſſa ibidem.* Pro hoc textus *in l. ſacris canonibus* 45. C. *Eod. & in dict. Nouell.* 123. *cap.* 14. *& cap.* 15 *& in* Nouell.6.*c.*5.*princ.* Et iſto modo intellige quoque *l. officiales* 4. *& l. eum, qui probabilem* 19. *l. ſacroſancta orthodoxa* 34. *& auth. Presbyteros, C. de Epiſcop. & Cleric.* Nouell. 3. *Vt determinat. ſit numerus Clericorum, &c. in fin.* Nouell. 123. *c.* 19. *& cap.* 29.

Hoc etiam Iure ciuili antiquo verum eſt, Clericum, qui ante ordinationem vxorem duxerit, poſt ordinationem eam non derelinquere debuiſſe, dummodo vterque ſeruaret caſtitatem. Hoc enim caſtitatis hortatur affectio. *d. l. eum, qui* 19. *in fin. vbi Gloſſ. & arg. Nouell.* 6. *cap.* 5. (vbi Gloſſa quoque quærit *in verb. Seiunctæ,* an, qui virgini fuit coniunctus, poſsit eſſe Clericus? reſpondet quod ſic, dummodo voueat caſtitatem, non alias *Nouell.* 123. *c.* 12. *Nouell.* 117. *c.* 15. §. 1.) licet ſecus ſit dicendum de Epiſcopo, *vt ſunt textus in l. ſancimus neminem* 48. *C. de Epiſcop. & Cleric. & Nouell.* 6. *c.* 1. §. 3. 4. *&* 7. *Nouell.* 123. *c.* 1. *& Nouell.* 137. *c.* 2. Item de Monacho, *l. ſancimus neminem* 53. §. *adhæc.* 3. *verb. Cum cohabitanti ſit omninò inutilis C. de Epiſcop. & Cleric. & textus elegantiſſimus in Nouell.* 133. *Quomodo oporteat Monachos, &c. c.* 3. Et Moniali, vt ſupra probatum. Facit, quod Monachiſmus morti comparatur *d.* §. *adhæc l. Deo nobis* 56. *princ. C. eodem Nouella* 22 *cap.* 5.

Iure antiquo an ordinatis Epiſcopis, Clericis Monachis, atque Monialibus Matrimonium permiſſum.

Græcorum quoque Orientalium hic mos eſt, vt in minoribus ordinibus contrahant, & in ſuperioribus vtantur matrimonio iam contracto, neque tamen ideò peccant, vt ait Panormitanus, quia cõtinentia eſt de Iure Poſitiuo, & ipſi non admiſerunt iſtã inſtitutionem, *vt in c. Nicena* 31. *diſt. & in c. cùm olim de Cleric. coniugat. Abbas in c. omnis vtriuſque de pœnitent. & remiſſionib.* Verum iſta Græcorum conſuetudo, quæ etiam apud Ethnicos ferè obti-

4. **De Matrimonio Eccleſiaſticorum Orientalium.**

obtinuit *l. in honoribus* 8. *D. de vacat. & excuſat. muner.* non eſt recepta in Latina Eccleſia *diſtinct.* 28. *can.* 6. *&* D. C. *cùm olim.* Vnde hodie (*ait ipſe Duarenus lib.* 4. *de ſacris Eccleſiæ miniſt. c.* 7.) ita ius conſtitutum eſt, vt coniugati nullo modo ordinentur, nec ad beneficia, aut dignitates Eccleſiaſticas aſpirent, *dict. Nouell. conſtitut.* 6. *c.* 1. *§.* 7. *Nouell.* 137. *cap.* 2. *C. cum decorem de cleric. coniungat.* Veriti ſunt iſtius Iuris authores, ne grauiſsima Matrimonij onera functionem muneris Eccleſiaſtici impediant, nec immerito. Quo pertinet *l. omnem adhibentes* 42. §. 1. *C. de Epiſcop. & cleric. quã interpretatus eſt Contius,* quæ vult omnimodo, vt eligantur, vel ordinentur ſacerdotes coniugẽ, vel liberos nõ habentes. Cõuenit, *inquit,* huiuſmodi eligi & ordinari ſacerdotes, quibus nec liberi ſint, nec nepotes, etenim fieri vix poteſt, vt vacans huius quotidianæ vitæ curis (quas liberi creant parentibus maximas) omne ſtudium omnemque cogitationem circa diuinam liturgiam & res Eccleſiaſticas conſumat.

5. Quando mulieres ad profeſsionem continentiæ admiſſæ.

Verum notate hic ſplendidum mendacium Ioannis Caluini ſcribentis *lib.* 4. *Inſt. cap.* 13. §. 19. mulieres olim ad profeſsionem continentiæ ante 60. annum non fuiſſe admiſſas. Obſtat namque Nouell. *6. cap. 6. & l. nulla* 9. *C. de Epiſcop. & Cleric.* quibus locis probatur Diaconiſſam, quæ facit votum continentiæ, poſſe ordinari, modo ſit 50. annorum. Idem voluit Chalcedonenſis Synodus *c.* 15. Imò hodie Diaconiſſa ordinatur, quæ 40. annos habet, *Nouell.* 123. *c.* 13. *& auth. Diaconiſſam C. de Epiſcop. & cleric.* Falſum igitur eſt, quod dixit Caluinus, mulieres olim non niſi 60. anno ad continentiæ profeſsionem fuiſſe admiſſas. Imò ſi hoc verum eſt, fruſtra Iuſtinianus tanta cum ſolicitudine earum pudicitiæ proſpexit, cum eas omnibus modis à viris ſeparari voluerit. Si enim omnes exceſſerunt annum

Digitized by Google

annum ſaxageſimum, non tanta cuſtodia, & ſeparatione indiguit illarum pudicitia,&c.

CAP. XLVII.

DE DIGNITATE VIRGINITATIS.

DIGNITAS virginitatis multis paraſangis præfertur vitæ coniugali.

Optimum namque eſt, *ait elegans textus in Nouell.2.cap.3.* ac laudabile & dignum oratione, vt mulieres ita ſe honeſtè tractent, quatenus quæ ſemel ad virum venerunt, ſeruent inuiolatum morientium thorum,& huiuſmodi mulierem, & miramur pariter,& laudamus, & non procul à virginitate ponimus. 1.

Addit Gloſſa ibid. per illum textum, quod viduitas & virginitas differant in ordine cœleſti, &c.& Nouell.5.*in princ.* ait, vitā Monachicam humanis cogitationibus eſſe celſiorem. Nam erit,*inquit ibidem Gloſſa* in vita contemplatiua, quæ eſt celſior ſiue altior, quam actiua. *Sequitur Salycetus in l.Deo nobis princ.per illum textum C.de Epiſcop & cleric.& c.7.* §.1. *ait,* quod promerentes monachicam veſtem atque tonſuram migrent ad communem omnium (dicimus autem cœleſtem) Dominum,*& Nouell.conſtit.*133. *Quomodo oporteat Monachos viuer.&c.c.*3. vbi ait Imperator, Monachis hic in terra non eſſe cognationem, vtpotè cœleſtem zelantibus vitam,*& c.6.* Vitam Monaſticam Angelicam nominat conuerſationē, vitā vero coniugalē nominat ſecularē conuerſationē *l.Deo nobis.*56. *princ.C.de Epiſcop.& clericis.*Cōmunē conuerſationem *in Nouel.76.in princ.& bonus textus in Nouel.6. cap.5.* 2.

Vita Monaſtica, Angelica conuerſatio.

*cap.*5.vbi dicitur ipſam caſtitatem eligere primum eſſe principium, & fundamentum manifeſtum ſecundùm diuinas regulas & reſiduæ virtutis. Caſtitas enim ſola Deo cum fiducia potis eſt hominum animos præſentare.***textus in*** Nouel.14.***de Lenonibus, in princip.c.1.& textus in l.quiſquis*** 27. **C.de Epiſcop. & cleric.** Quiſquis inquit ad conſortium ſe contulerit Clericorum,& inter miniſtros verę orthodoxæ maluerit & elegerit numerari; nullius prorſus ſententiæ acerbitate reuocetur, nec à Dei templis, quibus ſe conſecrauit oportunis intentionibus, abſtrahatur. Sed in iiſdem beatiſsimis miniſterijs ſecurus permaneat; & quietus, ad quæ poſt longi laboris laſsitudinem ob reliquæ vitæ requiem, ***Conſilio meliore*** protractus eſt,&c. **Et** N***ouel.***22.***de nuptijs c.***5.Secundùm, ***inquit,*** occaſionem itaque inculpabilem, quando conuerſationem altera pars eligit, ***ad meliorem migrans vitam***, & ſub caſtitate couerſationem concupiſcens, tunc enim lex noſtra dicit, licentiam eſſe viro ac mulieri ad meliora migranti tranſigere Matrimonium, & abſcedere, ***confer dict.*** N***ouel.***22.***c.***20. vbi loquens de viduitate, felix quidem, ait, & beatum vtrique contrahentium perdurare in priori coniugio, & non procuratam ſobolem ſequentibus matrimonijs forſitan contriſtare, ***Et ibi quoque habet verſio*** H***aloand*** Mulieres, quæ ad ſecundas nuptias non perueniunt, quadam honoris prærogatiua præ alijs, quæ nuptias iterant, dignas eſſe.

Caſtitas fiduciam præſtat iuſtificationis.

CA-

CAP. XLVIII.

DE PERPETVA VIRGINITATE *glorioſæ virginis Mariæ.*

CREDIMVS ſanctam & glorioſam Theocon, id eſt, Deiparam Mariam ſemper fuiſſe virginem.

Nam vbique Imperator exclamat Sanctam & glorioſam ſemper virginem Mariam Dei fuiſſe Genitricem. *l.* 6. 7. & 8. C. *De ſumma Trinitat. l.* 7. *in fin. princ.* C. *de off. Præſ. præt. Afric.* & *in Nouell.* 3. *vt determinat ſit num. clericor. c.* 1. & *paſſim.* 1.

Dixi *ſemper.* id eſt, ante partum, in partu & poſt partum, quo allegant Ezechielis cap. 44. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non trãſibit per eam; quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam: vt merito eos, qui Diuam Mariam poſt partum virginem fuiſſe negant, ignorantia ſcriptorum labi Epiphanius ſcripſerit lib. 3. tom. 2. hæreſ. 78. Et vero partus nihil derogat virginitati, ſed hominis coniunctio, Gothofred in l. cognoſcere 7. § 4. C. de ſumma Trinitat. 2.

CAP. XLIX.

DE MONACHIS.

MONACHI (*a*) ſemetipſos dicantes Deo & abrenunciantes publicæ conuerſationi (*b*) ſua inhabitant monaſteria (*c*) inibi ſacras obſeruantes regulas (hinc regulares ſiue obſeruantes dicuntur)

Digitized by Google

tur)(*d*) vel ſacris obſecundantes operibus (*e*) quibus rectè præſunt reuerendiſſimi Abbates (*f*) atque Priores (*g*)

Monachi certatores Philoſophiæ Monaſticæ.

(*a*) Qui non ſunt Clerici *l. generaliter* 52. *C. de Epiſcop. & Cler. Nouell.* 123. *de ſanctiſs. Epiſcop. cap.* 19. Eleganter eos alibi nominat Iuſtinianus Monaſticæ Philoſophiæ certatores. *Nouell.* 5. *cap.* 3. Monachi tamē Clerici fieri poſſunt *l.* 2. *C. Theodoſ. de Epiſcop.* & ſunt ferè hodiè omnes. *Adde Gloſſ. in Nouell* 6. *Quomod. oporteat Epiſcopos & reliquos Clericos ad ordinat. adduc. &c.* vbi ait, quod etiam monachi quandoque ſunt Clerici, & illos oporteat litteras ſcire *Nouell.* 5. *in princ. Nouell.* 6. *cap.* 4. *& Nouell.* 123. *c.* 12. non tamen exigitur, quod ſint magni Theologi, ſed quod in fide non errent & literas ſciant, *Gloſſa ibid.* Alij monachi, qui non ſunt Clerici, poſſunt eſſe illiterati *d. l. generaliter* 52. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Sed ex literatis eligendus eſt Epiſcopus *dict. Nouell.* 6. *c.* 1. § 6. qui non ſolum literas, *dict. Nouell.* 6. *c.* 1. § *neque enim* 2. ſed etiam decreta atque Theologiam ſcire debet, *dict. Nouell.* 6. *c.* 1. §. 6. *vbi Gloſſ. & Gregorius magnus in c. cum multa diſt.* 86.

Monachi an debeant eſſe literati.

Epiſcopus quid ſcire debeat.

(*b*) *Textus in Nouell.* 133. *c.* 1. & cœleſtem zelantes vitam, *dict. Nouell.* 133. *c.* 3. Ita tempore Iuſtiniani Imperatoris multi ex Romana nobilitate Benedicti ſanctitate moti in montem Caſsinum peruenêre religionis cauſa: inter quos Maurus quidem ac Placidus inſignes habentur, *teſte Platina in vita Pontificis Bonifacij* 2.

(*c*) Quæ cœnobia dicuntur *Nouell.* 123. *cap.* 36. *in princip. Nouell.* 5. *De monachis cap.* 3. *& per tot. dict. Nouell. Conſtit.* 133. *Quomodo oporteat monachos viuere &c. c.* 2. *&* 3. *& per totum.* Et hæc primus omnium

Digitized by Google

mnium excogitauit Baſilius Magnus inter ſanctos relatus *Nouell.* 137. ritum illum monachorum antiquum atque agreſtem ad formulã religioni propiorem redigens.

(*d*) *Nouell.* 123. *cap.* 10. *& cap.* 18. *in fin. l. inter claras* § *Liquet verſ. Sed obduratum eſt C. de ſumma Trinit.* vbi fit mentio regularis profeſsionis. Et in Nouell. 67. *princ. & c.* 2. *in princ.* dicitur, quod qui ædificare vult Eccleſiam, benè prouidere debet, de alimentis obſeruantium, *Hiſce adde Nouellam* 133. *in princ.* Dudum, *inquit* ſcripſimus conſtitutionem (*puta Nouell. de Monach.* 5. *c.* 1. *& Nouell.* 123. *de ſanctiſsimis Epiſcopis c.* 36.) volentem in multitudine exiſtentes, monachos in commune degere, ſecundum quod vocatur cœnobiorum ſchema (id eſt ordo atque regula:) & neque propria habere habitacula, neq; ſubſtantias congregare, neque vitam habere ſine teſtimonio, ſed communiter quidem ipſos concedere, dormire verò omnes in commune (attamen ſeparatim, id eſt, non ſimul, ſed quilibet in ſua ſtratura ſiue cubili, vna domo tamen, *dict. c.* 1. *& dict. c.* 36. *vbi Gloſs.*:) & honeſtam ſectari vitam & teſtes eſſe ornatus alterutris, & iuuenes quidem veteri caniciem hæc reſpicientium & ex ſtudio etiam vigilias aſſumere. *Quibus adde cap.* 1. *dict. Nouell.* 133. *vbi præter alia ait*: Volumus vehementiorem, quàm nunc eſt, fieri obſeruationem, & quidem primùm non plurimos eſſe in monaſterium ingreſſus, ſed vnum aut ſecundum fortè & adſtare ianuæ viros ſenes & caſtos & teſtimonij boni ex omnibus, qui quidem neque reuerendiſsimis monachis concedant ſine Abbatis voluntate exire monaſterio (ſed inter eos detineãt, quæ Dei ſunt Zelantes, nec ſemetipſos lacerantes nec actus, nec ſtudia) nec alios quoſdam introire in monaſterium noctibus & diebus ſinant, qui non rectam

Qui vult Eccleſiam ædificare quid prouidere debeat.

Monachorũ Refectoriũ ac dormitorium, probantur.

Monaſterij ingreſſus vnus aut alter.

Oſtiarij monaſteriorum quales.

Digitized by Google

rectam manere procurent venerabilium monacharum voluntatem, ſitque cautiſsima materia munitum monaſterium, vt nullus exitus aliunde niſi per januas ſit.

Ex monaſterio nullus exitus niſi per ianuas.

(e) *Arg. Nouell. 79. Apud quos oporteat cauſas dic. monachos. ſ. cap. 2. in fin.* Puta orationibus, precibus, vigilijs, ieiunijs, Eleemoſynis & lachrymis, quia ſolus ac triſtis debet eſſe monachus, quantum ad mundum, *quod colligitur ex l. decernimus, C. de Epiſcop & Cleric. Adde textum in Nouell. 133. cap. 6.* Vbi dicitur, Monachis duplex eſſe opus oportere, aut diuinis vacare ſcripturis, aut quæ monachos decent (: quæ vocant manuum opera) meditari & operari. Mens enim fruſtrà vacans nihil honorum parit, *confer. dict. Nouell. 133. cap. 2. & l. 34. C. de Epiſcop. audient. quo pertinet, quod dicitur l. decernimus 26. C. de Epiſcopis & Cleric.* monachorum nomen expoſcere patientiam atque modeſtiam.

Monachi labores.

Monachorū nomē quid requirat.

(f) *Dict. Nouell. 5. c. 2. princ. verb.* Et reuerendiſsimos eorum Abbates requirere &c. *& cap. 3. in fin.* Proprio Abbati obedientes &c. *l. monaſteria 40. C. de Epiſcop. & Cleric.* Monaſteria, *inquit*, degunt ſub Epiſcopis territoriorum ſuorum, & Abbatum quidem curam gerunt Epiſcopi, Monachorum vero Abbates. Non ſit verò Abbas duorum monaſteriorum &c. *Nouell. 7. de non alienand. cap. 5. in princ. cap. 12. & Epiſcopo ſequent. Nouell. 79. cap. 1. Nouell. Conſt. 133. Quomodo oporteat monachos viuere &c. Cap. 2.* Qualis verò Abbas eligendus vel ordinandus, *habetur in Nouell. Conſtitut. 123. Cap. 34. & bonus textus in l. ſacris noſtris legibus 47. per tot. C. de Epiſcop. & Cleric.* nimirum talis, qui fide ſit rectus & vita caſtus, & gubernatione dignus, & qui poſsit monachorum diſciplinam & omnem monaſterij ſtatum vtiliter cuſtodire, *Et vide latius*

Abbas qualis eligendus.

Digitized by Google

latius in dict. Nouell. 123. *Cap.* 34. *& d.* C. 47. A quibus Eligatur.

Eligitur verò Abbas à Monachis melioris exiſtentibus opinionis, quem ita electum ordinat, conſecrat ac confirmat Epiſcopus *dict. Nouell.* 123. *Cap.* 33. *& dict. l.* 47. Olim etiam eligebat Epiſcopus *Nouell.* 5. *de monachis Cap.* 9. Sed hoc corrigitur *per dictam Nouell.* 123. *Cap.* 34.

(g) *Dict. Nouell. conſtitut.* 133. *Quomodo oporteat monachos viuere & c.c.* 2. *Ibi*: cum Abba ſuisq; Prioribus. Sectarij monachorum monaſteria in prophanos transtulerunt vſus, vnde carent monachis, Abbatibus ac Prioribus, neque his opus habent.

C A P. L.

DE VOTIS MONAſticis.

CAETERVM à profitentibus monaſticis tria emittuntur vota ſubſtantialia optimè Iure ciuili probata: Eſt votum obedientiæ, Paupertatis, & caſtitatis, quibus emiſsis, profitentes ſubiacent Abbati.

Prius votum obedientiæ (in quo tota religionis perfectio conſiſtit) *probatur. l. ſi qua* 22. §. *Præterea C. de Epiſcop. & Cler. verb*: *Literis Epiſcopi*, cui vnusquiſque eorum iter faciens obſequitur &c. *Nouell.* 5. *De monachis Cap.* 3. *in fin. ibi*: Et ſic ſint in cænobijs proprio Abbati obedientes &c. *& Nouell.* Quomod. oporteat monach. I. Votum obedientiæ.

*viuer.etc.*131.*cap.*1. vbi dicitur, quod monachi abſque Abbatis voluntate non poſsint exire monaſterium.

2. Paupertatis. Secundum votum paupertatis, quod terribile eſt, & neceſſarium iudicatur in religione (nam diuitiæ retrahunt mentem à diuinis) probatur *per auth.nunc autem* **C.de Epiſcop. et Cleric.** Nunc autem, *inquit*, cum monachus factus eſt, hoc ipſo ſuas res omnes obtuliſſe monaſterio videtur. *Nouell.5. De monachis c.5. ibi*: Ingredientem namque ſimul ſequuntur omnino res, licet non expreſſim, qui introduxerit eas, dixerit, & non erit dominus earum vllo modo &c. *Et Nouell.conſt.76.verb*: nec poſſe poſtquam ingrediuntur monaſterium vlterius agere quicquam de proprijs vtpote domini rerum, eo quòd ſanciuerimus nos huiuſmodi viros & mulieres, cum corpore & anima ipſo ingreſſu ad monaſterium dedicare, ſe ſuaſque ſubſtantias &c. *auth ingreſsi C.de SS.Eccleſiis. et dict.*Nouell. 133. *in præfat.& cap.1.verb.* Nullum tamen omnino proprium habere, ſed in commune viuere diebus ac noctibus.

3. Quando dicatur quis obtuliſſe bona ſua monaſterio. Nota tamen, quod ſi quis intret religionem cauſa probationis vel orationis, per hoc aliquis non cenſetur res ſuas obtuliſſe monaſterio, ſed ita demum ſi ſeculo renunciauerit *dict.* Nouell.5, *de monachis cap.4.& cap.6.* Item ſi quis Eccleſiam ſecularem, vel capellam, vel plebem vel ſimile intret, adhuc tenet quis propria, & acquirit & teſtatur in his Nouell.123. *De ſanctiſsimis Epiſcop. c.*19. Idem de Epiſcopo dicendum Nouell.131. *De Eccleſiaſticis titulis cap* 13.

4. Continen[tiæ]. Tertium votum continentiæ, (ſtatutum à Domino *Matth.*19. ſunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum Dei, quod de voto continentiæ intelligitur *ſecundum Epiphan: hæreſ.58.)* probatur

tur *Nouell.123.cap.14.* vbi ordinandus promittit in manus ordinantis,ſe poſſe poſt ordinationem, & ſine legitima vxore honeſtè viuere. *Et Nouell. 6. Quomod.oporteat. Epiſcopos &c. c.1. § 8. Nouell. 5. De monachis c.8. Et probamus latè alibi.* Caſtitas enim omnino ſacerdotio debetur *dict Nouell.6.c.6. in fin.* & ipſam eligentem primum principium & fundamentum manifeſtum ſecundum diuinas regulas & reſiduæ virtutis conſtitutam,*dict; Nouell, 6.c.5.* vbi addit:pudicè enim nobis per omnia pertinet viuere.

CAP. LI.

DE GRADIBVS OFFICIORVM monaſticorum.

INter monachos quoque non minus quam inter Clericos gradus officiorum & adminiſtrationum diſtincti reperiuntur.

Quorum inſigniores & præcipuos breuiter perſtringit *Duarenus lib de ſac.miniſt.cap.22.* Nam inquit ſicut clericis cuiuſque Eccleſiæ præeſt Epiſcopus,ita ſingulis monaſterijs præſidet vnus, qui à Iuſtiniano & pleriſque veterum Archimandrita & cœnobiarcha à cæteris,vulgo Abbas appellatur. Hic intra monaſterij ſua ſepta præfectũ quendam,ſiue,vt loquuntur, *Priorem clauſtralem* conſtituit,cuius vicaria vtatur opera,vigilantiaq; in his, quæ ad ſodalitatis gubernationem ſpectãt. Et quia plerumque extra monaſterium minores aliqui cõuentus atque ſodalitia monachorum ſunt eidem Archimandritæ ſubdita: Alij quidem Præfecti eo cum libera poteſtate & auctoritate dimittuntur, *De priore Abbatis vicario.*

quos priores conuentuales appellant, in quibus autem locis conuentus ille deſideratur, quem veriſimile eſt olim nuſquam deficiſſe, hi præfecti alia atque alia nomina ſortiuntur, de quibus hic nō eſt magnopere laborandum. Omnibus autem non ſolum præfectis, ſed etiam Archimandritis præſidet vnus, qui à Iuſtiniano Exarchus appellatur. *Nouell.* 133. ac haud ſcio, an is ſit, quem ἀρχιεράτικον vocat Hieronymus ad Pammach. Sed certæ tantum ſectæ monachorum hos ſummos antiſtites nouerunt, *not. in c. ne religioſi. de regular.* His adde officiales monaſticos ius habuiſſe comprehendendi, recludendi in loca, quæ decaneta ſiue decanica nuncupantur, & coercendi, *in caſu. Nouell. 79. Apud quos oporteat cauſ. dic. monach. Cap. 3. Vbi Gothofred. l. cuncti hæretici 3. C. de hæretic.*

Carceres religioſorum.

CAP. LII.

DE TONSVRA ET HABITV religioſorum.

CANONICI, monachi alijque religioſi habere debēt tonſuram ac habitum venerabilem, eumque diuerſum à laicis.

Textus præclarus in Nouell. 5. De Monachis cap. 1. vbi vide latè & Nouell. 6. cap. 2. ibi: neque ſecundum quod debet ſacerdotem proprium habere habitum &c. *& Nouell.* 123. *Cap. 43. ibi*: aliam fœminam venerabilem habitum habentem &c. *Nouell.* 134. *vt multi Iudicum liceat habere loci &c. cap. 10. verb.* Si vero prædictum tempus tranſierit, aut vir, priuſquam recipiat vxorem, moriatur,

ton,

Digitized by Google

tonderi eam & monachicum habitū accipere &c. *l.ſeruis* 38. *ibi*; donec eidem ſerui in eodem monachorum habitu iurauerint, *C.de Epiſcop.& cleric.*

Ecce veneranda tonſura religioſorum alijque eorum ſacri habitus antiquiſsimo iure probantur quos adeo ſectarij nunc exſibilant atque derident. Proh ſcelus.

CAP. LIII.

DE HEREMITIS.

EREMITARVM quoq; pia ac ſolitaria vita jure ciuili non improbatur, vtpote qui in perfectione degunt, à communione ad meliora excepti.

Textus in Nouell. 5.*de monachis c.*3.*ibi*: Niſi tamen quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes vitam remotam habeant in hoſpito (quos vocare anachoretas, id eſt, diſcedentes & heſychaſtas, id eſt, quieſcentes conſueuerunt tanquam à communione ad meliora exceptos) Ex quo textu vult ibidem quoque Bartolus, quod vita Eremitarum melior ſit quam monachorum: *Confer textum in Nouell.* 123. *Cap.* 36. *in Princip.*

An vita Eremitarum melior ſit monachorum.

CAP. LIV.

DE MONIALIBVS.

SACRARVM fœminarum cænobijs inhabitant profeſſæ moniales, virgines Deo dedicatæ, ſanctimoniales, Canonicæ, Aſcetriæ (a) conuerſæ, aliæque reuerendiſsimæ mulieres (b) quibus rectè præſunt Reuerendiſsimæ Abbatiſſæ (c).

(a) Alij codices habent Aſsiſteriæ, quaſi aſsiſtant orationibus & ieiunijs quotidiè, quas vulgo appellamus *Recluſas*. Ita Gloſſ. *in Nouell. Conſt. 79. Apud quos oporteat dicere monachos &c. in verb. Aſsiſterijs*, quod poſtremum videtur firmare textus *in dict. Nouell. 79. in princip. in verb. ibi: forſan etiam eas, quæ non videntur &c. vbi Gloſſ:*

Recluſæ.

(b) Probant textus *in l. generali lege. 13. l. vt inter. 23. C. de SS. Eccleſ. l. ſi quis presbyter 20. C. de Epiſcop. & cleric: Nouell. 3. Vt determinat. ſit numer. cleric. &c. princip. Nouell. 59. c. 2. Nouell. 76. princ. Nouell. 123. c. 27. Et paſsim.*

(c) *l. ſacris noſtris* 47. *C. de Epiſcop. & cleric. Nouell. 133. c. 3. § 1. & cap. 5. & paſsim.* Quomodo vero & qualis Abbatiſsa ſit eligenda, atque ordinanda. Vide dictam *Nouell. 123. c. 34.* vbi ait textus, quod omnia quæ ab Imperatore diſpoſita ſunt pro ordinatione Abbatum (*de qua diximus ſupra ſub cap. de Monachis*,) valere & in venerabilibus fæminarum monaſterijs & aſceterijs. Et in d. l. ſacris noſtris 47. ait textus, quod iſta omnia quæ ibidem dixit de ordinatione Abbatis, & in reuerẽdiſsimis

1. Abbatiſſa qualis eligenda.

Digitized by Google

diſsimis fæminis, aut virginibus, quæ pijs monaſterijs præſunt, obtineant. Sicut igitur Abbas eligitur à monachis, quem electum ordinat Epiſcopus, ſub quo Monaſterium conſtitutum eſt, ita & Abbatiſſa eligitur à monialibus, & ordinatur ab Epiſcopo.

2. De patribus monialium.

Sacra communio portari ſolita.

Habebant etiam olim monaſteria fæminarum ſuos presbyteros, vel diaconos, quos vulgo (Patres) nominant, *arg. Nouell.*81.*cap.*3. qui eis faciebant reſponſa, aut ſacram communionem portabant, hi eligebantur à monaſterijs, & à ſanctiſsimis Epiſcopis, modo rectè eſſent fidei, & bonæ vitæ, ordinabantur *text. in dict. Nouell.*123.*cap.*36. *& textus in l. ſanctiſsimarum Eccleſiarum* 44. C. *de Epiſcopis & cleric.* Neceſſarijs, *inquit*, reſponſis apud ſe degentium ſeparatim mulierum *vnum ſenem* à Deo amãtiſsimo Epiſcopo ſegregari, ad diuinas vero peragendas liturgias, & *ſancta communione participandas, vnum presbyterum, & vnum diaconũ* honeſtæ vitæ dari, qui hæc ſola ſupradicta agere debeant, non etiam conueſci & conuerſari, aut cohabitare cum ipſis & *Nouell.*133. *Quomodo oporteat monachos viuere &c. c.*5. Oportet autem, *inquit*, vnumquodque monaſterium ſub Abbate conſtitutum habere (ſicut prædiximus) eos qui vocantur reſponſarij viros ſenes, & monachicum certamen ſuperantes & non facile corporales iniurias paſſuros, qui eorum rebus, & eorum occupentur vtilitatibus, & non ſolum, ſi virorum ſit monaſterium, ſed etiam ſi mulierum contingant, eſſe duos aut tres viros, aut Eunuchos ſi poſsibile eſt eſſe, aut ſenes, & caſtitatis teſtimonium habentes, qui cauſas agant, *& ineffabilem eis præbeant communionem*, cum huius tempus fuerit.

Cap. LV.

De his, qui inuitis parentibus monaſterium ingrediuntur.

PErmittitur liberis, inuitis parentibus monachiſmum profiteri, nec eo prætextu, quaſi ingrati exhærendātur (*a*) cum etiam ante factam ingratitudinem tollat monachiſmus. (*b*)

(*a*) *Textus in l. Deo nobis 56. §. Hoc etiam 1. C. de Epiſcop. & clericis.* Hoc etiam cognitum nobis, correctione noſtra dignum eſſe iudicamus, vt ſi quis in parentum poteſtate conſtitutus vel conſtituta, vel forſitan huiuſmodi iure abſolutus vel abſoluta elegerit ſe monaſterio vel clero ſociare, & reliquum vitæ ſuæ tempus ſanctimonialiter degere voluerit, non liceat parentibus eoſdem, vel eaſdem quocumque modo abſtrahere, vel propter hanc tantummodo cauſam quaſi ingratum vel ingratam à ſua hæreditate vel ſucceſſione repellere, ſed neceſse ſit eis omnimodo, cum vltimam voluntatem ſiue per ſcripturam, ſiue alio legitimo modo perficiunt, quartam quidem portionem ſecundum leges noſtras eis relinquere: ſin autem & amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin vero vltimam voluntatem parentes neque teſtamento, neque alio vltimo elogio declaraſſe monſtrati fuerint; omnem parentum ſubſtantiam hæredes, quibus ab inteſtato compe-

nullo

tit, ſecundum leges noſtras ſibi defendant nullo eis impedimento ex Sanctimoniali conuerſatione generando, ſiue ſoli, ſiue cum alijs ad ſucceſsionem vocantur. *Et l. vt non liceat* 55. *C. Eodem.* Vt non liceat, *inquit*, parentibus impedire, quo minus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant, aut eam ob ſolam cauſam exhæredare, ſed ſi ipſi teſtamentum condant, neceſſe habento quandrantem illis relinquere, ſin autem hoc non fecerint, locus ſit ab inteſtato. *Idem probatur Nouell. De Sanctiſsimis* 123. *Cap.* 41. Nullam vero licentiam damus, aut parentibus filios, aut filijs parentes ſecularem vitam ſectantes & relinquentes, velut ingratos à ſua excludere hæreditate, monaſterium aut monaſticam vitam ſubſecutos. Interdicimus autem parentibus filios ſuos monaſticam vitam eligentes ex venerabilibus monaſterijs abſtrahere. Quod tamen Sectarij putant eſſe licitum.

Interdictum filios ex monaſterijs extrahere.

(*b*) Sed quæſtionis eſt, an Iureciuili monachiſmus deleat ingratitudinem erga parentes, vel è contra, quæ monachiſmi profeſsionem anteceſsit? Negant id Accurſius *in Nouell.* 5. *De monachis in princ: in verb: maculam detergat Alciatus q. parerg.* 23. *Et alij* Affirmant Cuiac: 12. *obſ.* 26. *in fin. Gothofredus in dict. Nouell.* 123. *Cap.* 41. *vbi plures allegat.* Quod certe poſtremum iure Canonico clarum eſt 19. *quæſt.* 3. *Cap. vlt.* Non liceat, *inquit*, parentibus liberos, vel liberis parentes ab hæreditate ſua repellere, monachos factos, quamuis dum laici fuerant in cauſam ingratitudinis inciderunt. Itē non liceat parentibus liberos

beros ſuos ad ſolitariam vitam tranſeuntes abſtrahere de monaſterio. Et licet Iure ciuili non ſit expreſſum, tamen Iulianus Patricius Conſtantinopolitanus antiquus Nouellarum interpres idipſum iiſdem omnino ſcripſit verbis, quibus retulit Gratianus, vt hunc ideò falſitatis arguere (*quod faciunt ſectarij*) planè ſit iniquum. Idem omninò extat apud Harmenopulum, 5. *tit.9.in fin.* Facit dict. Nouell.5. *De monachis in principio*, vbi dicitur, quod ingreſſus monaſterij omnem humanam maculam detergat. Ergo etiam ingratitudinem, quæ eſt fœdiſsima macula. *l.fratres.27.C.de inoffic: teſtament.*

Ingratitudo fædiſsima macula.

CAP. LVI.

MATRIMONIVM AN MOnaſtica ſoluatur profeſsione.

MONASTICA profeſsione non ſolum matrimonium ratum, ſed etiam conſummatum diſſoluitur.

1. Textus Iure ciuili expreſsi *in l. ſancimus neminē 53: § ad hæc ſancimus 3. & l. Deo nobis 56. princ. & verſ nam & à maritis (de Epiſcop. & cleric.* Nouell. *de monachis c.5. verſ ſi autē vxorē habens*, Nouell. 22. *de nuptijs c.5.* Nouell.117.c.10.*princ.& cap.*12.Nouel. 123.*de ſanctiſſ Epiſcop.c.39.& c.*40.

2. Quibus adde Hermogenianum Ic.*in l. vitricus* 60.§ *diuortij* 1.*d.de diuortijs & repud* Diuortij cauſa donationes inter virum & vxorem conceſſæ ſunt. Sæpe enim euenit, vti propter ſacerdotium, vel etiam ſterilitatem ſatis commode matrimonium retineri non poſsit.

3. Hoc autem, quod dictum eſt, matrimonium conſummatum monaſtica diſſolui profeſsione, Iure ciuili

uili verum eſt, ſi fiat conſenſus alterius. Nam hodie non licet conſenſu matrimonium diſſoluere, niſi fortè ob caſtitatis concupiſcentiam. *Nouell. 117. cap. 10. & auth. Quod hodie C. de repud.* Et ita abrogatur *d. l. vitricus 60. & l. Et ideo bona gratia 62. & l. De eo 63. D. de donat inter vir. & vxor. & l. ſi cōſtante. 9. C. de repud. & dict. Nouel. 22. cap. 4.* quibus iuribus licuit mutuo conſenſu matrimonium diſſoluere. Et licet dict. *Nouell. 117. c. 10. abrogetur per Nouellam.* 140. qua permittitur mutuo conſenſu repudium mittere, tamen iſta Nouella non eſt Iuſtiniani, ſed Iuſtini, ſicut quoque extat inter cōſtitutiones ipſius, & non eſt niſi iniqua atque iniuſta: Solutionem enim matrimonij difficiliorem eſſe debere fauor imperat liberorum *inquiunt Imperatores Theodoſ. & Valent. in l. conſenſu 8. in princ. C de repudijs.*

Diſſentiunt Salijcet. Paul. de Caſtro & alij, qui volunt maritum monachari poſſe *vxore inuita* & è contra *per dict. l. Deo nobis 56. princip: & Nouell. 123. cap. 40.* Quod fortè in ſponſis admiſerim, at nō in coniugibus *per textum expreſſum in dict.* Nouell. *117. c. 10. princip: & dict. auth. quod hodie,* vbi videtur etiam velle Accurſ. *per textum iſtum,* ~~quod is~~, qui vult matrimonium ſoluere, caſtitatis concupiſcētia non neceſſe habeat intrare monaſterium, cui repugnat ius Canonicum *in c. ex parte 14. in fin. de Conuerſ. coniug. Gloſſ. in cau. 27. q. 2. Deſponſatam.* 4.

An qui matrimonium ſoluit caſtitatis cauſa, debeat intrare monaſterium.

Hæc igitur ſit concluſio Iuris ciuilis: ſponſalia altera parte inuita, matrimonium vero non niſi ex conſenſu vtriuſq; ob Caſtitatis concupiſcentiam diſſolui. 5.

Hic autem, qui in ſeculo remanet, Iure ciuili licitè matrimonium contrahit, non tamen audeat mulier ante anni lapſum in aliud reſpicere matrimonium. propter generationis aut ſeminis incertitudi- 6.

titudinem vt inquit Iuſtinianus in *d. l. ſancimus neminem* 53. §. 3. *verſ. non audente.*

7. Nota tamen in eo, quod dicitur matrimonium conſummatum profeſsione monaſtica diſſolui, canones diſtinguere, vt ſi contrahentes cognouerint ſe carnaliter, non poſsit vnus alterum dimittere, niſi voueat caſtitatem, qui in ſeculo remanet: ſi autem ſe non cognouerint, poteſt alter coniugum altero inuito religionem ingredi, & licitū eſt in ſeculo permanenti alteri ſe copulare. C. *verum.* 2. C. *ex publico.* 7. *&* C. *ex parte* 14. *Ext. de conuerſ. coniugat. & cauſ.* 27. *q.* 2. *can. deſponſatam. Et extra tot. tit. qui vouent matrim. contrah poſſ. Gloſſ. in d. Nouell. De monachis* § *illud quoque decernimus, in verb. Eam relinquens &c. Et in Nouell. De nuptijs* §. *diſtrahuntur in verb. Licentia*

8. Neque hoc aduerſatur Iuſtiniano, vtpote qui vbique ſua declarationi ſacrorum canonum ſubijciat, eoſque ſequi non dedignetur. perinde ac ſi ciuilibus eſſent inſcripti legibus. Quod enim ſacri canones prohibent, id etiam & nos per noſtras abolemus leges *inquit textus in l. ſacros* 45. C. *de Epiſcop. & Cleric.* Ratio, quia conſtitutiones Principum Eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur C. *conſtitutiones diſt.* 10.

CAP. LVII.

AN OLIM MONASTERIA propriás habuerint Eccleſias & altaria.

VEterum monaſteria non habuiſſe proprias Eccleſias & altaria ſed monaſticos cultores cum cæteris laicis ad communia conueniſſe templa

Digitized by Google

templa docet Caluinus *lib.4. Inſt.cap.13.§.14.*

Alij dicunt in monaſterijs non fuiſſe altaria, in quibus ſacramenta perceperint monachi, ***Duarenus in lib.de Sacr. miniſt.Eccleſ.lib. 1. Cap.*** 20. Vbi ait, quod monachus non doctoris ſed plangentis habeat officium. Quam ob cauſam nulli in monaſterijs reperiebantur ſacerdotes aut Clerici ***notat.in c.non eſt de regul.*** Sed tanquam cæteri laici ad communem omnium ædem ſacram percipiendorum ſacramentorum cauſa ſe conferebant ***Arg. Nouell.***133. ***Quemadmod.oport.monach.viuer.*** Quo ferè pertinet, quod tenet Panormit.*in c.directo de capell.monachor.* Vbi quærit, nunquid quoad ſacramenta recipienda & ſic quoad Iuriſdictionem fori pœnitentialis monachi ſubſint Eccleſiæ Parochiali, quemadmodum ſubſunt omnes in Parochia inhabitantes. Et dicit quod olim monachi non fuerint clerici, E***t ſic intelligenda Iura in Gloſſ. allegata.*** Sed hodie communiter eſſe clericos & habere à iure, vt inuicem ſibi adminiſtrent ſacramenta 16.*q*.1.*c*.1. Quicquid ſit, Iure Iuſtinianæo clare conſtat monachos proprias habuiſſe Eccleſias & altaria, in quibus ſacroſancta communio tradita ***l. omnes*** 33. ***princ. C. de Epiſcop.& cler.*** Vbi ad hanc rem elegans eſt textus. Nam expreſsè ait: Nullus eorum (religioſorum) Eccleſias vel monaſteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere miſerabili neceſsitate iubeatur. Et infra. Ad ſua ſe monaſteria & venerabiles Eccleſias conferentes ſapienti animo, precatione ſolicita faciliusque de proximo ſacroſanctis altaribus obſecundent in ſuis laribus domicilijsque conſtituti. ***Item Nouell.7.cap.***11. In quibus monaſterijs & altare collocatum eſt, & ſacrum exhibitum miniſterium, quale moris eſt in ſanctiſsimis Eccleſijs celebrari ſacris quippe lectis ſcripturis

& ſacroſancta & ineffabili cōmunione tradita & monaſtica illic facta habitatione &c. in qua pro communi republica Deo feruentiſsime ſupplicabant. *Nouel.133.cap.5.vbi vide elegantiſsimum textum.l.certiſsimè 34. C.de Epiſcop.audient.*

CAP. LVIII.

DE ENCOMIO VITAE MOnaſticæ, & eius merito.

VITA cōuerſationis monachalis ſic eſt honeſta, ſic cōmēdare nouit Deo ad hoc venientē hominē, vt omnē quidem humanam eius maculā, (vide meritū) detergat, purum autē declaret, ac rationabili naturæ decentem, & plurima ſecundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celſiorem.

Formalis textus *Nou.5.de monach princ.* vbi addit; ſi quis futurus eſt monachus perfectus, indiget & diuinorū eloquiorū eruditione & conuerſationis integritate, vt tanta dignus factus ſit mutatione, quæ fit cum animæ dolore. *Et c.2.princ.* Vbi notandum obiter. Male DD. inde colligere, monachiſmo capitis fieri diminutionem *arg.princ.Inſt. de cap.diminut.l.1.C.Eod.* quia non omnis vitæ mutatio eſt capitis diminutio, vt recte ſentit Cuiacius. Deinde pro theſi principali eſt textus *in Nouell. 133.quomod.oport.Monach.viuer.* Singularis *inquit* vita: ita quoque appellatur. *in c.3. in fin.princ.& Nouell.5.de monach.c.2.* huiusq; contemplatio res eſt ſacra, & ex hoc euehens animas ad Deum, & non ſolum iuuans eos, qui ad hanc accedunt, ſed etiam alijs omnibus pro eius puritate & ſupplicatione ad Deum præbens inſpectam vtilitatē. Vnde

Monachus perfectus.

An monachiſmo capitis fiat diminutio.

&

Digitized by Google

& priſcis Imperatoribus ſtudij fuit, & à nobis nō pauca ſancita ſunt, de eorū honeſtate & ornatu, ſequimur.n.ſacras regulas, & antiquos patres, qui hæc ſanxerunt. *Et* in dict. Nouell.5. *de monachis* §. 1. ait, quod monachicā promerentes veſtē atq; tonſurā migrent ad cōmunem omnium (dicimus autē cœleſtē) dominū &c. In *Nouell.*117. *Vt liceat matri & auiæ &c. c.*12. Vitā monachicā vocat ſanctimoniale cōuerſationem. In dict. Nouell.133. *c.*6. Angelicā conuerſationem. In Nouell.123. *c.*37. Caſtam cōuerſationem: Imperator Leo *in Nouell.*8. monachiſmum nominat diuinam militiam. Et in Nouel.10. *princ.* ait: Quam præſtans monaſticæ vitæ profeſſio ſit, quique *ſuaue illud & beatum iugum ſuſcipiūt*, quanta illi reuerētia & honore digni ſunt, ſcimus quidē & ipſi &c. *Et in fin.* ait: Hæc reſpublica (ſc. monaſtica) ciues ſuos in Chriſti crucē & mortem continenter reſpicere vult. *Adde l. quiſquis* 27. *C. de Epiſcop. & cleric.* Quiſquis &c. *ait*, ad conſortiū ſe cōtulerit clericorū, & inter miniſtros veræ orthodoxæ fidei maluerit, & elegerit numerari, nullius prorſus ſententiæ acerbitate reuocetur, nec à Dei tēplis, quibus ſe conſecrauit, importunis intentionibus abſtrahatur: ſed in eiſdē beatiſsimis miniſterijs ſecurus permaneat, & quietus, ad quæ poſt longi laboris laſsitudinē *ob reliquæ vitæ requiē cōſilio meliore* protract⁹ eſt &c. & Nouel.133. *c.*1. ait monachos ſemetipſos dicare Deo, & abrenūciare publicæ conuerſationi. *Et c.*3. Cognatio *inquit*, monachis in terra non eſt cœleſtem Zelantibus vitam, & *c.*5. Si aliquis monachorū deliquerit, ſiquidem mediocre peccatū eſt, hūc monendū, ſuſpendendū & pœnitentiæ ei tempus dandū, vt meliorē ordinē ſumēs mox reuertatur ad ſemetipſū, & nō, quos iam poſuit (*ecce iterum fruct⁹ religionis ſi benè ſeruetur*) amittat labores. Superiorib. adde Gloſſ. *in Nou.*

Monachi profeſſi migrant ad dominum.

Vita monachica angelica conuerſatio.

Diuina militia.

Suaue ac beatum iugū.

An non pudet noſtros ſectarios, qui Chriſti crucem ac mortem nos contemnere impiè aſſerunt.

Cognatio monachis in terra non eſt.

Meritū monaſticæ philoſophiæ.

Digitized by Google

Conſt.81. Conſtitutio, quæ dignitatibus & Epiſcopatu filiũ lib.pat poteſtat.in verb.Occaſione, vbi ait, quod monachatio ſit cauſa liberationis à poteſtate diaboli *dict. Nouell.5. De monachis in princ. Et Salycet. in l. Deo nobis 56. princ. C. de Epiſcop. & Clericis. vbi per illum textum ait*, quòd vita contemplatiua eſt tutior, quàm vita actiua. ideò dixit Dominus in Euãgelio, Martha, Martha, tu erga plurima es ſollicita, Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Item hortatur vitam ſolitariam eſſe eligendam, ratio quia Dei ſeruitium humanis cogitationibus debet præferri *l. ſancimus neminem 53. § adhæc 1. verſ. Quoniam C. de Epiſcop. & Cleric.*

Tutior eſt vita cõtẽplatiua quã actiua.

Vita ſolitaria eligenda.

C A P. LIX.

QVID SENTIENDVM DE malis monachis vel etiam ſacerdotibus.

MVlti non pro veritate ſanctimoniæ monachicum vel alium religioſum ſtatum concupiſcũt, ſed fortè propter turpitudinem vitæ eò diffugiunt, *Nouell.5.c.2.§.1.* qui ſanè cœleſtes pœnas nunquam euitabunt *d.cap.2.princ. & in fin. Nouellæ*, maximè cum non ſint niſi communi plebis ſcandalo, aliàs fatemur multa eſſe humana & nullum poſſe naturam ſic retinere, vt non peccet nihil: Hoc enim proprium eſt ſolius Dei *Nouell.133. c. 5. vbi vide latius.* Humana enim natura quodammodo labitur ad delicta *Nouell. 5. c. 2. §. 2.* Et quid homo ad malitiam ſemel deditus nõ adinuenit, *Nouell.72. in princ.* At prauorum horum monáchorum aut Clericorum vitam nos imitari non debemus *arg. l. 1. princ. D. Ad SC. Macedon. Nouell. 89.*

Non peccare proprium eſt ſolius Dei.

Vitam prauorum religioſorum imitari non debemus.

Digitized by Google

89.*princ. Quibus mod.natur.efficiant ſui &c.* vel inde Catholicam religionem iudicare, *Nouell.*137. De ordinatione Epiſcoporum & Clericorum per totum, ſiquidem non exemplis ſed legibus atque doctrina iudicanda eſt religio *l. nemo* C. *de ſentēt. & inter loc.omn.Iud.l.*12.D.*de offic. Præſid. l.* 1. C. *de veter. Iur. enucleand.* § *vel. Inſtit.de ſatisfactionib.* Chriſtus magiſter atque præceptor noſter eſt, eius exemplū ſequi nos meritò conuenit. *l.an.apud te* 5. *D.de manumiſs.vind.l. Et hoc Tyberius* 41. *D.de hæred. inſtituend.* Eorum quoque, quibus meliores fieri poſſumus, ſequi debemus exempla *l.aut facta* 16.§. *fin.D.de pœnis*, non eorum, quibus corrumpamur, ac deinceps ex mutua vitiorum imitatione refugium quæramus, *Nouell.*154 *c.*1. *De his, qui in oſdræn. illic.contrar.nupt.* Nam & his, niſi reſipuerint, propter mala exempla grauior pœna irroganda arg. l.omnes §. cui in acie 3. D, de re militar. Quamobrē ait Ficklerus, non decet nos ita lynceos eſſe in eos, qui parum decenter vitam inſtituerunt, quia non omnes per omnia, ſed certi per certa, vel meliores vel deteriores inueniuntur, vt Iuſtinianus loquitur in l.2.C.de veter.Iur.enucleand.

Catholica religio non eſt iudicanda ſecundū prauos religioſos.

CAP. LX.

DE POENA MONASTERIUM vel Eccleſiam deſerentis.

QVI in Eccleſiaſtico ſtatu conſtitutus hunc relinquit, grauiſsimè puniendus & omnibus bonis & honore ſpoliandus eſt.

Textus in *l.Deo nobis* 56. C *de Epiſcop. & cleric.* § *huius autem verſ:nam ſi &c.* Vbi Imperator Iuſti-

Digitized by Google

nianus ſic ait: Si qui eorum, de quibus præſentē legem poſuimus, ſanctimonialem vitam elegerint, ad ſecularem autem cōuerſationem remeauerint, iubemus omnes eorū res ad Iura eiuſdem Eccleſiæ vel monaſterij, à quo receſſerint, pertinere. Ad idē textus *in l. qui ſua monaſteria relinquunt. &c. 39. & in l. Vt non liceat 55. § Quod ſi 1. C. Eodem. Nouell. Conſtit. 5. cap. 4.*

2. Imperatores Arcadius atque Honorius clericos atque monachos deſertores tradebant Curiæ *l. ſancimus neminem 53. § 1. vbi vide latè C. de Epiſcop. & cleric.* quod ſequitur Imperator Iuſtinianus *in Auth. Sed neque in fin. C. Eod. Et in l. vlt. § 4. in fin. & § 5. in fin. C. de Epiſcopali audient. dict. Nouell. 5. De monachis. c. 6. Nouell. 6. cap. 7. Nouell. 123. c. 15. Adde Nouellam 57.* Poſtea idem Iuſtinianus monachos deſertores monaſterio reddi iuſsit, non cohorti addici; niſi plus ſemel monaſterium deſeruiſſent. *dict. Nouell. 123. c. 42.*

3. At Nouella Leonis 7. & 8. Clerici deſertores ſimpliciter reuocantur ad habitum clericorū, & monachi ad monachiſmum. Serui deſertores ſuo domino ad ſeruiendum traduntur *auth. ſi ſeruus in fin. C. de Epiſcop. & cleric. Nouell. 123. c. 35.*

4. Confer Nouell. De monachis *cap. 7.* vbi Imperator loquitur de monacho, qui de vno ad aliud monaſterium tranſit. Erronea, *inquit*, talis eſt vita monachica, nullatenus tolerantiæ proxima, neq; conſtantis & perſiſtentis animæ, ſed iudicium habentis circumlatæ & aliunde alia requirentis.

5. Imperator Leo *in d. Nouell. 8.* ait: Quod qui ſtationem ſuam & ordinem deſerant, tanquam canes ad ſuum ipſorum vomitum aut ſues ad priſtinæ vitæ cænoſam cloacam reuertantur, ſicut habent ſacræ literæ, *Prouerb. 26. verſ. 12. & 2. Petr. 2.*

CA-

Cap. LXI.

DE POENA RAPIENTIS VEL attentantis ſacram virginem.

TAlis vero, qui non dicã rapere, ſed tantùm cauſa iungendi matrimonij ſacratiſsimas virgines attentare auſus fuerit, capitali pœna feriendus eſt.

Ita eſt textus Imperatoris Iouiniani in l. ſi quis 5. *C. de Epiſc. & clericis, vbi ait* Gloſſa; iſtum textũ magis procedere, ſi quis ſacrã virginẽ rapuerit cauſa ſtupri, aut vt in cõcubinã habeat vel habere attentet. *Et textus in l. raptores virginũ* 14. *C. Eod.* vbi dicitur, quòd hoc peſsimũ & deteſtabile crimẽ nõ ſolũ ad iniuriã hominũ, ſed & ad ipſius omnipotẽtis irreuerentiã cõmittatur & inſuper puniatur amiſsione bonorũ; nec refert ſiue volẽtibus ſiue nolẽtibus ſanctimonialib. virginib. tale crimen fuerit perpetratũ, *d. C. raptores virginũ. l. vnic. C. de rapt. virg. adde textũ Nouel.* 123. *c.* 43. Si quis rapuerit, *inquit*, aut ſolicitauerit aut corruperit aſcetriã, aut Diaconiſſam, aut monaſteriam, aut quamlibet aliã fæminam venerabilẽ habitum habentem, huius res ex talis ſceleris participio iubemus venerabili loco, in quo talis fæmina habitat, per locorum ſanctiſſimos Epiſcopos & œconomos eorum, necnõ etiã cuiuslibet prouinciæ Iudices & eorũ officia vindicari. Eos autẽ, qui talia deliquerint & participes eorũ ſceleris fuerint, capitale periculũ ſuſtinere, talẽ verò mulierem, vbicunq; eſt, cùm proprijs rebus in monaſterio recondi, in quo cautius cuſtodiri poſsit, vt non rurſus in eodem crimine reperiatur. Si verò Diaconiſſa fuerit & filios habuerit legitimos, legitimam partem dari filijs, ſi autem

Iniuria illata virginibus ſacris, infertur Deo.

intra vnum annum, poſtquam cognoſcitur tale facinus commiſiſſe, tales res Iuri venerabilium domorum non vindicentur: iubemus omnibus modis comitem priuatarum fiſco noſtro has aſſignare, locorum Iudice, qui neglexerit eaſdem res vindicare, cingulo priuando & mulctam quinque librarum auri à comite priuatarum exigendo. *Et textus in Nouell.25. De Prætore Lycaoniæ cap.2. § odio quoque 2.* dicit, hoc crimen raptus virginis homicidio grauius eſſe. *Et Nouell.6. Quomodo oporteat Epiſcopos &c. Cap.6.* Qui verò *inquit*, moniales aut vxores accipere aut corrumpere præſumpſerint, obnoxij quidem & ipſi gladio erunt, ſubſtantia autem eorum applicabitur fiſco.

Crimen raptus virginis ſacræ homicidio grauius.

CAP. LXII.

DE MAGISTRATV ciuili.

CHRriſtiani piè ac rectè faciũt, cum gerunt magiſtratum, ordinant leges, exercent iudicia, militant, accuſant nocentem in foro, dicunt cauſam, legitimo ſupplicio afficiunt iuſtè condemnatos.

Textus in principio prooemij Inſtit. Imperatoriam, *inquit* maieſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, vt vtrumque tempus & bellorum & pacis rectè poſsit gubernare, & Princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus prælijs victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat tam Iuris religioſiſſimus, quam victis hoſtibus triumphator magnificus. *Et in*

1. Imperator armis & legibus debet eſſe armatus.

in Nouell. 24. *cap.* 2. Oportet igitur, vt qui hunc magiſtratum ſuſcipit, (ſemper autem gratis eum & abſque vlla datione pecuniæ ipſi conferimus, vt & ipſe per omnia ſordibus abſtineat, & his ſolis quæ ex publico ſoluuntur contentus ſit, id quod etiam prima noſtra lex dicit) iuſtè & purè, & cum quadem aſperitate humaniter ſe erga ſubditos gerat, quemadmodum in priore lege diſpoſuimus, homicidia, adulteria, raptus virginum, omne denique maleficium prouincia expellat, & qui ea deliquerint, ſecundum noſtras leges puniat, neminem præterea maleficorum reuereatur, etſi de potentioribus ſit, neque his ſe ſubmittat, qui nullam ſe vtilitatem, ad benè nefarias de ſe occaſiones præbere poſſunt: ſed per omnia ius ipſum tueatur, & ad noſtras leges reſpiciat, & ſecundum eas iudicet, & vt ſubditi noſtri ſecundum illas vitam ſuaque ſtudia inſtituant, efficiet, inſuper ad Deum quoque & noſtri timorem reſpiciat, neque præterea quicquam omnino in animo cogitet. Item vt neque crebro ex prouincia huc commeet, neque immodicis literis nos interpellet, ſed in omnibus prior ipſe audientiam accommodet eaque diſceptet. &c. *Nouell.* 17. *c.* 5. §. 3. Talem verò præbebis temetipſum omnibus & publicè & priuatim, vt terribilis quidem ſis delinquentibus, & indeuotis circa fiſcalia: manſuetiſsimus autem & mitis omnibus placidis & deuotis, paternam eis exhibens prouidentiam. *Nouell.* 8. *cap.* 8. Eos autem, qui ita ſine mercede ſumunt adminiſtrationes, pręomnibus ſtudium habere decet fiſcalia vigilanter inſpicere, & indeuotos & egentes neceſsitate, cũ omni exigere fortitudine, in nullo flexos, neque pro hoc ipſo lucrum aliquod omnino conſiderantes, deuotis autem paternè ſe exhibere: deinde noſtros ſubiectos reſeruare vndique ſine violen-

Magiſtratus abſque pecunia conferendus, vt & ipſe muneribus abſtineat & publico ſalario ſit cõtentus.

Potentiores malefici nõ ſunt reuerendi.

Iudex debet eſſe terribilis derelinquentibus, manſuetus erga innocentes.

Digitized by Google

tia: nihil ab vllo eorum percipientes: ſed æqui ſint in Iudicijs, æqui verò in publicis diſciplinis, exequentes quoque delicta, innoxios quidem vndique cuſtodientes eos, qui puri ſunt: reis autē pœnam imponentes ſecundum legem: & ita præſidentes collatoribus, tanquam patres filijs diligentes quidem eos, qui ſunt innocentes, qui vero rei monſtrantur, caſtigantes ac punientes: omnemq; iuſtitiam in publicis & priuatis documentis eis ſeruātes: & non ipſi ſoli hoc agentes, ſed etiam ſemper conſiliarium talem ſumentes, & qui circa eos ſunt oēs, vt non videantur illi quidem veluti innoxij eſſe, per alios autē delinquant atq; furentur: hoc quod magis turpe eſt, vt & participes iniuſtitiarum ſumant. *Et L. præſes prouinciæ 3. D. de officio præſidis.* Præſes prouinciæ in ſuæ prouinciæ homines tantū imperiū habet, & hoc dū in prouincia eſt. Nam ſi excesſerit, priuatus eſt. Habet interdū imperium & aduerſus extraneos homines, ſi quid manu cōmiſerint; nam in mandatis Principū eſt, vt curet is, qui prouinciæ præeſt, malis hominibus prouinciam purgari, nec diſtinguitur, vnde ſint. *Et l. congruit* 13 *D. Eod.* Congruit, inquit Vlpianus, bono & graui præſidi curare, vt pacata atq; quieta prouincia ſit, quam regit. Quod non difficile obtinebit ſi ſollicitè agat, vt malis hominib. prouincia careat, eoſque conquirat. Nam & ſacrilegos, Latrones, Plagiarios, fures conquirere debet: & provt quiſque deliquerit, in eum animaduertere, receptoreſque eorum coercere, ſine quibus latro diutius latere non poteſt. *& l. obſeruandum* 19. *D. Eod.* Obſeruandum eſt, ait Caliſtratus Ieius reddenti, vt in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur, vnde mandatis adijcitur, ne præſides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. Nam ex conuerſatione æquali

Prouinciæ à malis hominibus purgandæ.

Receptores coercendi: nam ſine his latrones diutius latere non poſſunt.

Ex conuerſatione æ·

li

li contemptio dignitatis naſcitur. Sed & in cogno- quali contemptio naſcitur.
ſcendo, neq; excandeſcere aduerſus eos Deos ma-
los putat: neq; precibus calamitoſorum inlachry-
mari oportet. Id.n.nō eſt conſtātis & recti Iudicis.
cuius animi motū vultus detegit. Et ſummatim ita
ius reddi debet, vt autoritatē dignitatis ingenio
ſuo augeat. *Et l.1.C de LL.* Inter æquitatē, iusq; in-
terpoſitā interpretationē nobis ſolis & oportet &
licet inſpicere. **Et l.2. C. eod.** quæ ex relationibus
vel ſuggeſtionibus iudicantiū vel cōſultatione in
cōmune florentiſsimorum ſacri noſtri palatij pro-
cerū auditorū introducto negotio ſtatuimus, vel
quibuslibet corporib. aut Legatis, aut prouinciæ,
vel ciuitati vel curiæ donauim⁹, nec generalia Iura
ſint, ſed leges faciāt his dūtaxat negotijs atq; per-
ſonis, pro quib. fuerint promulgata, nec ab aliquo
retractētur notā infamiæ ſubituro eo, qui vel aſtu-
te interpretari ea voluerit, vel impetrato impu-
gnare reſcripto, nec habituro fructū per ſurrepti-
onē eliciti, & Iudice, ſi diſsimulauerit, vel vlterius
litigātē audierit, vel aliquid allegandū admiſerit,
& ſub quodam ambiguitatis colore, ad nos retule-
rit, triginta librarū auri condemnatione plectendo.
do. ***Adde totum titulum. C. de offic. præf. prætor. Africæ.***

Contrarium ſentiunt hodie Anabaptiſtæ & Tri- 2.
nitarij, qui velut Belial abſq; iugo, ſecularē pote-
ſtatē, magiſtratuū Functiones, judicia, leges foren-
ſes, legitimas pœnas, imperia, bella legitima, mili-
tiam damnant,

Tales furores olim etiam ſparſeruntMarcion & 3.
Manichæi, quorum deliria diu peruagata ſunt Aſi-
am & Africam.

Circūtulerūt & ſimiles errores intra trecētos an- 4.
nos flagelliferi, vt vocabantur, & vt iā dictum eſt,
hoc noſtro tempore Anabaptiſtæ paſsim vagantes
adhuc eoſdē circūferūt errores. His adde Lutherū 5.
Theolo-

Digitized by Google

Theologorum atque Iuriſtarum inimicum circa fin.comment.Epiſtol.Pauli ad Galat.pag. 515. Vbi dicit,quod reſpublica quanto paucioribus legibus adminiſtratur,tanto fœlicior eſt,damnãs propterea tot leges,vt etiam titulos earum vix ſufficiat ediſcere,& ſecundum eum ſufficit Lex Euangelica,prohibens alteri fieri,quod ſibi quis fieri nollet, & quæ præcipit caritatem erga proximum maiorem,quam in ſe ipſum ſecundum eum pagina 488. & ſeq.Hoc pugnat cum l.præſes 6.C.de ſeruit & aq.illud toto Iure reprobatur.

CAP. LXIII.

DE PRINCIPE ROMANO, quod debeat eſſe Catholicus &c.

RELigio Catholica Principi Romano cordi curæque eſſe debet(*a*) & per omnia properare,vt creſcat honor & authoritas ſedis Apoſtolicæ.

Recta fides principis Inſtar luminis præfulget.

(*a*) Nihil eſt enim, *inquit l.inter claras* 8. *princ. C de Sum. Trinitat. quod* lumine puriore præfulgeat,quam recta fides in Principe. *Et Nouell.6. Quomod.oport. Epiſcop.ad ordinat. adduc.* Princeps maximam debet adhibere fidem circa vera Dei dogmata & ſacerdotum honeſtatem. *Et l.vnic.C.Nemini licer.ſignum. Saluat.hum.* Principi cura diligens eſſe debet per omnia ſuperni numinis religionem tueri. Recta autem fides ac religio & vera Dei dogmata prædicantur in ſacroſanctis Catholicorum Eccleſijs *Nouell.* 132. *De Interd. coll. hæret.* quarum caput eſt ſacroſancta Romana Eccleſia *d. l. in-*

Recta fides & vera dogmata vbi prædicentur.

Digitized by Google

l.inter claras 8.*princ.* Itaque hinc patet Principem Romanum non niſi recta Catholicorum fide fulgere debere. Imo pax Eccleſiæ & Catholicæ religionis vnitas cuſtodit principem in ſumma tranquillitate *d.l.*8. Et Imperium ſuſtinetur per ſanctas Eccleſias *l.*43.*C.de Epiſc.& cler.* Quid principem ac Imperium conſeruet.

(*b*) *textus in d.l.interclaras* 8. § *reddentes.* Per omnia enim, inquit Imperator, properamus honorem & auctoritatem creſcere ſedis Apoſtolicæ, *Et l. Deo nobis* 56. *C.de Epiſcop.& cler* Principes, mediante gratia diuina omnia, quæ pro honore ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ ad Dei placitum fieri poſſunt, legibus conſtituere & operibus adimplere debent. Principibus enim non minor eſt cura horum, quæ ſanctiſsimis Eccleſijs proſunt, quam propriæ animæ *Nouell.*3.*vt determinat.ſit num.cler. in fin.Nouell.*57. *Vt clerici qui recedunt &c. in fin.* Principes Eccleſias ſicut animas curabunt.

CAP. LXIV.

DE DEFENSIONE.

VIm vi repellere licere omnes leges omniaque iura permittunt. Lutherus dicit eſſe præceptum Dei, vt non repellatur.

Audiamus Zaſium *in l. de quibus.n.*69.*D.de Legibus.* Lex Euangelica dicit cedendum eſſe ei, qui tecum contendat, & auferenti togam etiam dimittendum pallium. At conſuetudo, lex, ſtatutum, iura gentium docent vim vi eſſe repellendam. *l. vt vim.*3.*d.de Inſtit. & Iur.* Quapropter Theologi Scholaſtici dixerunt ſententiam Euangelicam, non eſſe legem, ſed conſilium, quod enixè & aſſeueranter

ranter oppugnat Martinus Lutherus (*vide eundem in aſſertionibus art.*30.) volens eſſe præceptum, qui deteſtatur iura noſtra hoc loco. At iſta Lutheri ſentẽtia in noſtra Eccleſia incederet ſine veſte nuptiali, teſtes cito omnes aduocatos & notarios. Hactenus Zaſius &c.

Cap. LXV.

DE BELLO CONTRA TVRcam, Saracenos atque hæreticos.

CHRriſtiani aduerſus inquietos, Saracenos vel Turcas iure bellum gerunt.

1. Honorius & Theodoſius Imperatores *in l. Chriſtianis, C. de paganis.* Ex qua lege à contrario ſenſu infertur paganis inquiete degentibus, nihilq; non attentantibus turbulentum, legibuſque contrariũ auctoritate religionis manus inferre licere. At hodiè Turcæ, Pagani atque Saraceni inquietè viuunt, nihilque non intentatum relinquunt, quo regna Chriſtianorum inuadant, occupent atque diſpolient. Hinc tam amplas Chriſtianorum ditiones hodie poſsident. Poſsident quoque terram noſtrã, id eſt, terram Hieruſalem, quæ eſt terra promiſsionis, quam promiſit Deus Abrahæ & ſemini eius, & debita nobis, quia ſumus filij Abrahæ ſecundum Apoſtolum *ad Roman. Cap.*4. *Bartol. in d.l.* 1.*n.* 1. Vnde iure Eccleſia bellum indicit. Item textus in Nouell. 30. *D. Proconſule Cappadociæ cap.* 12. *ibi*: Per quæ (bella) DEVS nobis dedit, vt non ſolum pacem ad finem deduxerimus, &

Van-

Vandalos, Alanos, Mauritanos ſubegerimus & totam Africam inſuper & Siciliam recuperauerimus, ſed & bonam ſpem habeamus, quod DEVS nobis annuet, *vt & cæteras gentes quas ſocordia ſua Romani amiſerunt*, cum ad vtriuſque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni noſtræ adiungamus, quas nos diuino freti auxilio ad meliorem ſtatum redigere properamus, neque quidquam detrectamus eorum, quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem: vigilijs ſimul & inedijs, cæteriſque laboribus iugiter pro ſubditis noſtris, vltra quam humanæ naturæ opus patitur, vtentes. *Et Nouell.* II. *De priuilegijs Archi-Epiſcopi Iuſtinianæ &c.* Aquenſis, *inquit*, Epiſcopus habeat præfatam ciuitatem, & omnia eius caſtella & territoria, & Eccleſias, vt poſsit Bonoſiacorum ſcelus, ex ea ciuitate & terra repellere, & in Orthodoxam fidem transformare. *Et textus in Nouell.* 78. *Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo &c. Cap.* 4. §. 1. Vbi ſatis innuit Imperator bella ſuſcipere licere pro recta ſcilicet ad Deum religione & pro ſubiectorum pariter libertate. Nobis, *inquit*, omne extat ſtudium, ſubſiſtere libertates atque valere, & in noſtra florere, & augeri republica: Etenim huius cauſæ deſiderio & in Lybia & in Heſperia tanta ſuſcepimus bella, pro recta ſcilicet ad Deum religione, & pro ſubiectorum pariter libertate. *Confer textum in l.* 1. *&* 2. *in princ. & paſsim per totũ C. de offic. PP. Afric.* Non igitur eſt dubium, quin infidelibus bellum indicere liceat. Bellum enim, quod ſummus Pontifex, aut Imperator ſuſcipit pro defenſione fidei Catholicæ ad arcendos vel fugandos Turcas, vel Saracenos, aut ſimiles fidei inimicos, aut quod contra hæreticos ſuſcipitur, ob rectam & religioſam illam

Romani gẽtes amiſſas recuperare deberent.

Pro recta religione licet ſuſcipere bellum.

Digitized by Google

illam & piam intentionem iuſtum bellum vocatur, atque adeò Bellum Romanum, quod Roma ceu caput noſtræ religionis & fidei, huiuſmodi bella per Romanum Pontificem præcipuè per exhortationem Imperatoris ac Imperij principum mouere ſoleat ac debeat *c. excommunicamus 2. ext. de hæretic. c. hæc eſt fides & c. quoniam 24. q. 1. & c. 2. §. pen. ext. de ſumma* Trinitate *& fide Catholica.* Atque ob hanc Iuſtiſsimi belli rationem Imperatores Aquila Romana pro inſignibus & gloria donantur, quam in omnibus bellis etiamnum pro inſignibus glorioſis oſtentant. *Ita Dam. hauder in praxi Criminal c. 82. n. 21. adde textum in* Nouell. 116. *in prin.* Vbi dicitur milites & fœderatos imperij debere pro libertate Reipublicæ contra inimicos (quales ſine dubio ſunt ſaraceni atque infideles) certare. Exercentur enim (*addit ibidem textus latius*:) & militant, vt communibus vtiles ſint rebus.

De Aquila Romana.

CAP. LXVI.

DE IVDAEIS.

IVDAEI cum ſuis poſſeſsionibus inter Chriſtianos iure tolerantur.

1\. Milites debent abſtinere à Iudaicis. Synagogis quæ ipſis permittuntur.

Imperatores Valent. & Valens *in l. in Synagogam 4. C. Eod.* In ſynagogam Iudaicæ legis veluti hoſpitij merito irruentes milites iubeas emigrare: quos priuatorum domus, non religioſarum loca habitationum merito conuenit attingere Imperatores Arcad. & Honor. *in l. Iudæi communi* 8. *C. Eod.* Iudæi communi Romano iure viuentes in his cauſis, quæ tam ad ſuperſtitionem eorum, quam ad forum & leges ac iura pertinent, adeant ſolemni more iudicia omneſque Romanis legibus conferant, & excipiant

De foro Iudæorum.

Digitized by Google

cipiant actiones, ſi qui vero ex his communi pactione ad ſimilitudinem arbitrorum apud Iudæos in ciuili duntaxat putauerint litigandum, ſortiri eorum Iudicium Iure publico non vetentur. Eorum etiam ſententias iudices exequantur tamquã ex ſententia cognitoris arbitri dati fuerint. Ex hac lege videtur quoque concludendum cauſas Iudæorum decidendas ſecundum ius ciuile, quod tamẽ multi negant, exiſtimantes eas ſecundũ legẽ Moſaicam eſſe diffiniendas, cum in ritibus ſuis ferantur d.l.4. Et hanc l. 8. tantum loqui de ordine iudiciario, de quo in lege Moſaica nihil ſtatutum. Ad priora referas *l.nemo exterus 9. C. Eodem.* Nemo exterus religionis Iudæorum Iudæis pretia ſtatuet, cum venalia proponunt: Iuſtum eſt enim ſua cuique committere. Itaque rectores prouinciarum vobis nullum diſcuſſorem aut moderatorẽ eſſe concedent. Quod ſi quis ſumere ſibi curam, præter vos, procereſque veſtros audeat; eum velut aliena appetentem ſupplicio coercere feſtinent. Impp. Honor. & Theodoſ. *in l. Iudæos quoſdam 11. C. Eod.* Iudæi, *inquiunt,* ritus ſuos citra contemptum Chriſtianæ legis retineant. Et Iidem Imperatores *in l. die Sabbathi 13. C. Eod.* Die Sabbathi ac reliquis ſub tempore, quo Iudæi cultus ſui reuerentiã ſeruant, neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueniri debere præcipimus. Ita tamen, vt nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos orthodoxos conuenire, ne Chriſtiani fortè ex interpellatione Iudæorum ab officialibus, præfatis diebus aliquam ſuſtineant moleſtiam. Cum fiſcalibus commodis & litigijs priuatorum conſtet, reliquos dies poſſe ſufficere. Concordat l.2. C. Eod. *Et, in l. nullus 14. C. Eod.* Nullus tanquam Iudæus, cum ſit innocens, obteratur: nec expoſitum eum ad contumeliam religio qualiſcunque perficiat. Non

De Iudæorũ venditionibus.

Iudæi die Sabbathi nẽ citandi nec conueniendi.

Digitized by Google

De non inferendis iniurijs vel cōtumelijs Iudæis.

paſsim eorum ſynagogæ vel habitacula concrementur, vel perperam ſine vlla ratione lædantur; cum alioquin etiamſi ſit aliquis ſceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum vigor Iuriſq; publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem, ſed vt in hoc perſonis Iudæorum volumus eſſe prouiſum ita id quoque monendum eſſe cenſemus, ne Iudæi forſitan inſoleſcant, illatique ſui ſecuritate, quicquam præcipites in Chriſtianam reuerentiam vltionis admittant. *Et in l. ſi qua* 15. *C. Eod.* Si qua inter Chriſtianos & Iudæos ſit contentio, non à ſenioribus Iudæorum, ſed ab ordinarijs iudicibus dirimatur. Imperatores Theodoſ. & Valent. *in l. hac valitura* 18. *§ illud etiam* 1. *C. Eod.* Illud etiā pari cōſideratione rationis arguentes præcipimus, ne qua Iudaica Synagoga in nouam fabricam ſurgat: fulciendi veteres permiſſa licentia, quæ ruinam minantur. *Similis textus in C. conſuluit extra de Iudæis & Iudæi de ciuitate extra Eod.* Poſtremo nota Iure ciuili Iudæis circumciſionem eſſe permiſſam l. circumcidere 11. D. Ad l. Cornel. de Sicarijs. Item decuriones fieri poſſunt l. 3. in fin. d. De decurio. Et munera ciuilia obire coguntur l. 15. § 6. d. de excuſ. tut.

De Inſolentia Iudæorum.

Iudaica Synagoga non erigenda ſed reficienda.

2. Zaſius tamen *lib. de Iudæis quæſt.* 1. ait talem tolerantiam ad neceſsitatem trahi non debere, ex ſententia Papiniani *in l. non quicquid* 40. *D. de Iudicijs.* quia, ait, Iudæos Iure ſeruos eſſe, *C. & ſi de Iudæis arg. d. l. fin. §. 1. C. Eod. ibi: extremæ cōditionis etc.* non tamen omnium, ſed principum duntaxat *arg. C. eos qui. 32. diſt.* Vnde, inquit, Iudæos per Principem tanquam mancipia ſua vendi, vel bonis ſuis tanquam peculij Iure expoliari poſſe, *C. Iudæi de Iudæis & c. ſicut extra eod.* Quam ſententiam ante eum tenuit Albericus de Roſat. *in Rubric. C. de Iudæis.* Oldrad. *conſ.* 72. *&* 87.

Hanc

Digitized by Google

Hanc ſententiam multi tam ſectariorum quam Orthodoxorum Principes reipſa ſequuntur, quam ego non omnino improbo. Nam hodie plerumque Iudæi Chriſtianos vſuris expoliant, ſeruitia denegant, & publicis execrationibus deuouent, in fidem & ſaluatorem noſtrum crudeliſsimis blaſphemijs, & iniurijs feruntur. Vnde ſine dubio priuilegia ſua amittunt. Quod ſi dictorum criminum nullum ſit periculum, eos in republica Chriſtiana rectè tolerari concedo *Cod. diſpar. 23. q. 8. & Iuribus præfatis. Et ita procedere debet noſtra theſis.* 3.

CAP. LXVII.

DE FILIIS IVDAEORVM Baptizandis.

Filij Iudæorum inuitis etiam parentibus, ſi vſum liberi arbitrij habeant, ad baptiſmum ſuſcipiendum induci poſſunt.

Textus in l. Qui poſt ſanctum baptiſmum 10. §. 1. C. *de paganis*. Qui verò, *ait*, nondum ſunt baptizati, ipſi cum liberis & coniugibus, & omnibus ſuis perducant ſe ad ſanctas Eccleſias, & ſuos paruulos liberos *ſine mora* baptizari curent. Maiores vero prius ſcripturas ſecundum canones doceantur. *& ibi vide quoque* §. 2. *&* §. 3. *&* Nouell. 144. C. 2. *in fin.* Pueros admodum, *inquit*, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeunt, etiam ſacro dignati baptiſmate admittimus. Ex his credo clarè patet Gentilibus ſacrum imperari baptiſmum. Debent enim, vt loquitur textus, ſine mora curare ſuos paruulos baptizari. Idem igitur omninò dicē- 1.

dum de Iudæis. Nam Iudæi & Gentiles inuicem fraternizant, *toto tit. C. ne Chriſtianum mancipium hæreticus, vel Iudæus vel paganus habeat. l. hæretici patres 13.§.fin.C.de hæret.& paſſim.*

2. Ratio Theſeos, quia anima hominum quibuſcũque rebus præferenda, *vt ait l.ſancimus* 21.*in fin.C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Si enim pro cauſis corporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum ſalute prouidentia eſt adhibenda. *Nouell.*115.*vt cum de appellat.cognoſcitur c.*3.§.19. Item ſumma eſt ratio, quæ facit pro religione, inquit Papinian. *in l.ſunt perſonæ* 43.*de religioſ.& ſumptib.funerum.* Nihil obſtabit patria poteſtas, quia Sacramenta ſunt iuris publici *arg.l.ſi quis* 10.*C.de Epiſc.& cler. l.Manich.* 4.§.*ac primum* 1.*C.de hæret.& auth. Gazaros C.eod.* At in his, quæ ſunt iuris publici, patria poteſtas nõ attenditur *l. nam quòd* 14. *D. ad Trebellian. l.ſi filius familias* 9. *D.de eis, qui ſunt ſui vel alien.Iur.l.nam & 6.D.de cap.diminut.* Ergo &c. Deinde Patria poteſtas non eſt niſi iuris ciuilis §.2.*Inſt.de patria poteſt.* quæ poteſtas per principem minui poteſt, *l. princeps* 31.*C. de legib. &c.* Hanc ſententiam aliter ac latè confirmat Zaſius *lib. de Iudæis, quæſtione prima*, vbi quoque vltra duodecim diſſentientes allegat Doctores.

3. **An infantes inbaptizati participes fiant ſummi boni.**

Superioribus adde **Nou. Leonis** 17.*in fin.* Vbi non obſcure inſinuat infantes abſq; baptiſmi lauacro diſcedentes, expertes fieri ſummi boni, quod non credunt Caluiniſtæ, qui infantes ab vtero matris fœdere prædeſtinatorum comprehendi aſſerunt.

4. **An baptiſmo tollatur peccatum originale.**

Item collige ex Nouell. 144. cap.2. Baptiſmo tolli peccatum originale, quia nominat Redemptionis baptiſmum, cuius fructus nos redemit ab omni peccato, &c. nec hoc ſapit Caluinianus.

Digitized by Google

Cap. LXVIII.

DE CHRISTIANIS Iudaizantibus.

ATtamen damnantur Chriſtiani Iudaizantes Hebræorumq; cæremonias obſeruantes.

Si quis, *inquit Imperator Conſtantinus in l.1.C.de apoſtatis* lege venerabili conſtitutus, & ex Chriſtiano Iudæus effectus ſacrilegis cætibus aggregetur: cum accuſatio fuerit approbata, facultates eiuſdem dominio fiſci jubemus vindicari. *Et textus in Nouell.144. De Samaritis hæreticis c.2.* Sed & ſi qui ex eis ſalutari dignati baptiſmate, ad priſtinum denuo errorem reuerſi, obſeruare Sabbatha aut etiam alia quædam agere videantur, quæ coarguant per ſimulationem ipſos ſanctum baptiſma aſſumpſiſſe, eos proſcribi iubemus, & in perpetuū tradi exilium. Iiſdem quoque pœnis ſubdimus, qui contra rectam Chriſtianorum fidem impium iſtis patrocinium præſtiterint. Imo ſi Iudæus noſtræ fidei hominem circumciderit, vel circumcidendum mandauerit, & bonorum proſcriptione & perpetuo exilio damnatur *l. Iudæi 16. C.de Iudæis & tot.titul. C. Ne Chriſtianum mancipium Iudæus &c.circumcidat.* vbi hoc quoque pœna capitali punitur. *adde l. Iudæus 18. C.de Iudæis.*

De pœna ſimulatè ſuſcipiētis S. baptiſma.

De pœna Iudæi Chriſtianum circumcidentis.

2. At iam ſunt in Lithuania hæretici, qui circumciſionem & Sabbathum amplectuntur *Cromer.in colloq.l.1 altero colloquio: Malleus hæretic.l.2.in appēdic. c.7.* Neq; obſcura fama eſt Bucerum cum Munſtero Iudaizaſſe, *Coſterus in Enchirid. c. De Eccleſia pag. 77.*

3. Adde Paulum VVindeck. Si, *inquit*, non liberam

Digitized by Google

religionem complexus eſſet Seruetus, nunquam blateraſſet, in Deo vnam tantum eſſe perſonam. Dauid Georgio credere libuit, Ieſum Nazarenum non eſſe verum illum Prophetam Meſsiam & Emanuelem promiſſum, quod ſuæ impietatis fundamentum eſſe vulgo iactare ſolent Iudæi.

Cum Iudæis Illyrico ſomniare libuit Chriſtũ non eſſe aliam à patre perſonam: *Philippus Epiſt. ad Superintendent. Saxoniæ anno* 1557.

Iudæis aſſenſit Adam Paſtoris, & Euangelici Sabbatharij Chriſtum non eſſe verum & natura Deum.

Licitas eſſe vſuras & Iudæi & Bucerus ac Molinæus dictitant (*Eder in inquiſit.*)

In affinitatibus non Eccleſiæ canones, ſed Moyſis leges ſeruandas eſſe, cum Iudæis Philippo ſentire placuit *in locis anno* 1552. *impreſſ. ſub. tit.* **De coniug.** *contra l. nemo 7 C. de Iudæis.*

Quod Iudæi fas eſſe dicunt matrimonia propter adulteria diſſoluere, & cum alijs contrahere prioribus coniugibus adhuc viuis, hoc mirum quam adlibeat nouæ libertati. *Melanchthon in locis anno* 1552.

Iudicia iuxta Moſaicas leges forenſes exercere viſum erat inſano Carolſtadij cerebro (*Carion in Chronic. lib* 3.)

Libros Machabæorum & Eccleſiaſtic. ex canone eijcere, cum Iudæis non diſplicuit ſectarijs.

Teſtimonia S. Scripturæ de perſonarum Trinitate, & Chriſti diuinitate arrodere & deprauare mirè perplacuit Iudæis & Caluino (*Heſhuſ. in fin. confeſſ De. Euchariſt.*)

Confeſsionem & ſatiſfactionem peccatorum irrident atque exturbant Patroni Iudæorum ſectarij *teſte Poſtello.*

Ad Chriſti nomen genua inflecti aut caput aperiri

riri vetant blaſphemi Iudæi atque ſectarij.

Crucis ſignum, vt maledictum & Anathema fugiunt Iudæi, nec in fronte pingere volunt. Ita & Euangelici crucis figuram multis in locis abolent & tanquam maledictũ in fronte ferre ac pingere horrent, adeò vt Lutherus ipſe feſtum Crucis tanquam Semi-Iudæus anathemate damnauerit. Sabbatizantes etiam hodie Iudæos videas *l. in feſtiuitatibus 2. C. de Iudæis*, quos imitari liberum eſſe ſibi perſuaſerunt Carolſtadius *teſte Alberto contra eum & alij Euangelici quidam. Staphylus in Apologia.*

Inter pſeudo-Euangelicos reperies quoſdam, qui circumciſionem carnis reuocant (*teſte Hoſsio*)

Adde hæreticos, paganos & Iudæos fratres ac ſorores eſſe. Hos enim leges paſsim æquiparant *toto titul. C. Ne Chriſtianum mancipium hæreticus vel Iudæus vel paganus habeat.*

CAP. LXIX.

DE PAGANIS ATQVE Saracenis.

DAmnantur Pagani atque Saraceni, qui Deos innumeros, Deasque, imo dæmones colunt atque adorant, damnantur & ſacrificia eorum, nec non templa applicantur Reipublicæ.

Toto titul C. de Sacrific. paganor. & templis. Cæterum hic addam, quæ elegantiſsimè ſcribit Azo vas veritatis *in ſua ſumma ſuper Codicẽ ad eundẽ titulũ.* Hi autem pagani, *inquit*, patiuntur pœnas hæreticorum maximorum, *vt diximus ſupra de hæreticis*, &

aliqua ſupponuntur in iſto titulo, quale eſt iſtud: Ne faciant ſacrificia vel inſpecto iecore animalis, vel extis *id eſt* interiorib. promittant vel diuinent aliquid futurũ: præcepit eorũ claudi tẽpla, ſub pœna mortis & amiſsionis bonorũ, *vt infra Eod. l.* 1. Si tamẽ aperiãtur delubra (id eſt tẽpla, quia in eis deludũtur à dæmonibus) animo venerandi & adorãdi: & multo magis prohibẽtur infandis, id eſt, nefandis ſimulachris honores reddi: vel impios poſtes templorũ redimiri ſertis, *id eſt* ornari coronis: vel prophanos ignes accẽdi Aris *id eſt*, Altarib. vel adoleri, id eſt, cremari in eis thura: vel victimas cędi vel pateris *id eſt* cyphis vina libari *id eſt* guſtari. Sicq; prohibet ſacrilegiũ reputari religionẽ, *vt infra Eod. l. nemo.* Feſtos aut cõuentus ciuiũ nõ prohibet *vt infra Eod. l. vt. Prophanos.* Itẽ omnia templa paganorũ applicãtur Reipub. Vt Imperator ea cuique velit, poſsit *donare*: ſicut fecit Cæſar Phocas B. Bonifacio, de tẽplo, quod vocatur Pantheon, *vt inf. l. omnia.* Et licet Pagani peſsimi ſint, nõ tamẽ permittitur Chriſtianis eorum bona diripere aut auferre: alioqui pro tali rapina (quod eſt notandũ) in duplũ condẽnantur: ſicut & alias in caſu *vt inf. De ſeruis fugitiuis l. mancipia.*

An liceat Chriſtianis paganorum bona diripere.

Cap. LXX.

DE HAERETICIS, ET QVIS talis dicatur.

QVi à Catholica fide recedit, hæretic⁹ dicitur. Nam hæreticorũ vocabulo cõtinentur, & latis aduerſus eos ſanctionib. ſuccũbere debẽt, qui vel pro leui argumento à Iudicio Catholicæ religionis vel tramite (pertinaciter) detecti fuerint deuiare.

Ita

Ita definiunt hæreticum Imperatores Gratian. Valent. & Theodoſ. *in l. omnes 2. §. 1. C de hæreticis*, Vbi Gloſſ. *in verb. Leui argumento* hoc etiam intelligit, vt qui ab articulo leui, qui manifeſtè ſciri debeat, pertinaciter diſcedat, hæreticus dicatur *l. nullus princ. C. de ſumma Trinitat.* Quādo autē quis dicatur pertinaciter aſſerere, habes text. in l. 3. §. tutores in ver. pertinaciter cū Gloſſ. & ibi notat Bartol. D. de ſuſpectis tutor. quamuis aliter dicat Gloſſ. in *c.* 1. de malef. Iſto ſenſu definitur hęreticus qui nō eſt mēbrū Sanctæ Eccleſiæ, vel nō eſt Catholicæ fidei *Nou.* 118. *c.* 6. *princ.* Tales ſunt hæretici, qui diuerſarum hæreſum, *vt in Nouell.* 104. *De priuileg. dotis hæretic. mulierib. &c. in princ.* Vbi ait Imperat: Hæreticos vero & illi dixerūt, & nos dicimus eos, qui diuerſarū ſunt hæreſum, quib. coniungimus & cōnumeramus, & qui Neſtorij Iudaicā ſequūtur veſaniā, & Eutychianiſtas & Acephalos, qui Dioſcori & Seueri mala ſecta lāguent, & Manichæi & Apollinaris renouātiū impietatē, & ad hoc oēs, qui nō ſunt membrū ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, in qua oēs concorditer ſanctiſsimi Epiſcopi, & totius orbis terrarū Patriarchæ, & Heſperiæ, & Romæ, & huius regiæ ciuitatis, & Alexādriæ, & Theopoleos, & Hieroſolymorū, & oēs, qui ſub eis cōſtituti ſunt, ſanctiſsimi Epiſcopi Apoſtolicā prædicant fidē atq; traditionē. Igitur ſacrā cōmunionē (*Sacramentū Euchariſtiæ*) à Deo amabilibus ſacerdotib. non percipientes hæreticos iuſtè vocamus. Nā licet nomē Chriſtianorū ſibimet impoſuerint, attamē à Chriſtianorū ſe fide & cōmunione ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcētes. Eodē modo hæretici ſunt, qui nō credūt quatuor Cōcilia *l. quicunq;* 8. *C. de hæreticis & Manichæis l. nemo* 4. *C. de ſumma Trin. & in Nou. Cōſt.* 115. *Vt cū de appell. cognoſcatur &c. c.* 3. *§* 14. *vbi vide latè.* 1.

Vel vt definit *l. Manichæi vndiq;* 12. *C. de hæretic.* Hæreticus dicitur omnis non orthodoxus.

Diſſentiũt ſectarij, qui cũ hæretici dici nolint variè hęreticũ definiũt *Dauth. in tract. de teſtam. ſubſt.* 1. *Qui teſtament. fac. poſſunt n.* 244. *& ſeqq. per tot. Schurffius conſ.* 52. *n.* 15. 16. 17. 18. *&* 19. *cent.* 1. *Vulteius*
3. De nomine hæreſis. 1. *Iuriſprud.* 46. *Hieronym. Treutl. in ſuis diſputationib. diſputat. de Iure dotium. theſ.* 2. *&c.*

Rhetorum quoque hæreſes adducit Modeſtinus *l. ſi duas* 6. § *Eſt autem* 2. *D. de excuſ. tutor.* Sed non ſemper hæreſis nomen in malam partem accipitur Hæreſis enim Græcè, Latinè optio ſignificat electionem vel ſectam. Et ponitur ab elegantibus pro opinione tenaci & ſententia, in qua perſiſtamus. Cicero *in paradox*: Cato in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis *& ad At.* De hæreſi Veſtoriana & Perionum more Puteolanoriſi ſatis. *Et in Epiſtol.* Poſtulabimusque ex qua hæreſi in hominibus armatus deiectis ſis, in eam reſtituare. Et ibidem in iſta ipſa hæreſi &c.

CAP. LXXI.

DE COGNOMINATIONE, moribus & fructibus hæreticorum.

OBSERVANDVM hæreticos ab ipſorum autoribus nominari (*a*) ijſque commune eſſe vaſtare, alienare, deprædari ſacroſanctas Eccleſias, eaſque ad priuatum vſum transferre (*b*) Imo ex fructibus ipſorum cognoſcetis eos. (*c*)

(*a*) Damnato, *inquit l.* 6. *C. de hæreticis.* portentoſæ ſuperſtitionis autore Neſtorio, nota congrui nominis eis inuratur congregatibus, nec Chriſtianorum appellatione abutantur, ſed quemadmodũ Ariani

Ariani ab Ario lege diuæ memoriæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis, Porphyriani à Porphyrio nuncupantur, ſic vbique participes nefariæ ſectæ Neſtorij Neſtoriani vocantur, Lutheri Lutherani, Caluini Caluiniani, vt cuius ſcelus in deſerendo Deum imitati, eius vocabulum iure videantur ſortiti, *adde l. nullus §. 2. ibi.* Et ſuis apertis criminibus denotentur *vbi Gloſſ. C. de ſumma Trinitat. facit l. Ariani 5 & tot. tit. C. de hæretic.* Vbi multi diuerſi hæretici ſic ab ipſorum authoribus nominati latè recenſentur, *quibus adde cauſ. 124. quæſt. 3. § Quidam: vbi vide ad longum.*

Etiam hodie a ſectæ ſuæ autoribus vulgo notis, ſectarij ſe ſponte nominant, quorum nomina partim referam. Sunt, Huſſitæ, ſunt Lutherani, Illyricani, Flacciani, &c. Oſiãdrini, Vbiquiſtæ, Luthero Caluiniani, Carolſtadiani, Zvingliani, Caluiniani, qui ſunt Caluino-Papiſtæ, alij Puritani in Anglia, Svvěckfeldiani, Dauidici, Mennoniſtæ vel Anabaptiſtæ, Stancariani, Sacramentarij, Confeſsioniſtæ Poſtulantes, Philippenſes, Corinthij, Seruetiani Libertini, Valentiniſtæ, Farelliani, Campani, Sinergiſtæ, Sanguinarij, noui Ariani, & Samoſateni. Vorſtiani. Et quis omnes enumerabit? Plures ſectas ſi deſideras, lege Genealogiam Lutheri, quam fecit Staphylus, & alij. Cuncti verò in genere cupiunt nominari Euangelici; ſed vereor ne in hoc affectatis dolis alienum veræ religionis nomen ſibi aſſumant, quod hæreticis admodum familiare *l. nullus §. Qui vero 2. princ. C. de ſumma Trinitat.* Siquidem parum ſit habere nomen, niſi etiam factum habeatur, cum nomina debeant eſſe conſonantia rebus §. *Eſt & aliud Inſt. de donat.* Nam licet hæretici nomen Chriſtianorum ſibi impoſuerint, tamen à Chriſtianorum ſe fide & communione ſeparant, Dei Iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes

Moderni ſectarij quomodo à ſuis hæreſiarchis nomen mutuati.

Euangelici ſibi veræ religionis nomen falſo aſſumũt.

ſcentes *inquit Nouell.*109. *De priu.dot.in fin.princ.*

Quod vero præfati ſectarij SS.Romanæ Eccleſiæ ſectatores orthodoxos Catholicos hodie nominãt Papiſtas,Pontificios,Põtificulos &c.id non fit, niſi ex mera inuidia, qua ſic efflati tument,vt quiduis in horum perniciem quotidie excogitent atq; moliantur. Neq; ita ſeſe appellitant orthodoxi, ſecus quam faciunt ſectarij, qui ſponte ſuorum hæreſiarcharum nomina ſibi imponunt.

Hæreticorũ conſenſus in oppugnãdo Romanã Eccleſiam.

(*b*)Quotquot autẽ ſunt ſectariorũ, oẽs ſacroſanctam Romanã Eccleſiã vnanimi conſenſu libenter impugnant, turbant ipſas ſacroſanctas Eccleſias ſuis perfidijs,maculantes oẽm Eccleſiæ ſplendorẽ, ornamenta, deuotionẽ, imagines, altaria,organa, penitus remouentes, vt meritò dicat Imperator Valent.& Marcian *in l.quicunque* 8.§. *idcirco.* 2. *C. de hæreticis,*quod licet hæreticis in appellatione ſit diuerſitas,tamẽ in hæreſis prauitate cõiunctio, & diſpar quidẽ ingeniũ,ſed idẽ ſacrilegiũ. Teſtes ſunt tot per oẽm ferè Saxoniã, Pomeraniã,Daniã, Sueciã,Noruegiam,Angliã & paſsim Galliam,Germaniam deuaſtata monaſteria,Cathedrales,atque Collegiatæ Eccleſiæ,in quib. olim noſtræ fidei inſtituta perdurabãt *ſecũdũ l.ſi quis* 10.*C.Eod.* & erãt religionis atque fidei noſtræ matres *l iubemus* 14. *princ.l.decernimus* 16.*C.de Sacroſanct.Eccl.* vbi venia peccatorũ precabatur.*Nouella* 117.*Vt liceat matri & auiæ c.*15.§ 1.nunc vero die noctuq;, proh ſcelus,à Dei laudibus obmuteſcunt,& ab omni cultu ſolennitateq;veteri ceſſant.At ne exiſtimemus modernos ſectarios hoc dũtaxat hæreſeos vitio laborare, ſane veteres hæretici haud minus eo affecti fuere.*textus in l.*1.*princ.C.de offic.præfect.Prætor. Africæ,*vbi cõqueritur Imperator Iuſtinianus,quod VVandali,& Donatiſtæ hæretici ſuo tẽpore ipſas Dei Sacroſanctas Eccleſias ſuis perfidijs macularint,

Hæretici ex ſacris Eccleſijs ſtabula faciunt.

rint,& aliqua ex ijs ſtabula fecerint, *& textus in d. l. ſi quis* 10. Si Dei templa, *inquit ibidē Imperator Anaſtaſius*, vel aliæ poſſeſsiones Catholicorũ, in quibus veræ fidei Eccleſiæ, vel oratoria conſtituta sũt, & integritas colitur, in manus veniãt hæreticorũ, omnimodo ab his deſerũtur atq; deſtruũtur, omni cultu vacant, omnib. ſacris & ſolitis viduãtur myſterijs, omni ſplẽdore priuantur, nullis populorũ conuentionibus, nullis clericorũ obſeruationibus celebrãtur, & ex hoc ſine dubio Eccleſiæ pereunt, ruunt atq; complanantur. Nec enim de earum inſtauratione hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus eſſe nolebant. Verũ ignorandũ nõ eſt, iſta omnia iure ciuili diſertè prohiberi, *d. l. ſi quis* 10. *& text. in l. ſicut ſacrificia* 3. *Cod. de Pagan. & ſacrif.* Vbi ſic aiunt Imperatores Arcadius & Honorius: ſicut Sacrificia (*intellige Ethnica*) prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta ſeruari &c. *Et alibi:* Omnia quæ ad beatiſsimæ Eccleſiæ iura pertinẽt vel poſt hæc fortè peruenerint, tãquã ipſam Sacroſanctã Eccleſiã intacta cõuenit venerabiliter cuſtodiri, vt ſicut ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita ei⁹ patrimoniũ iugiter ſeruetur illæſum. *Ita text. in l Iubemus* 14 *C. de Sacroſanctis Eccleſiis & in l. omnis* 2. *in fin. C de Epiſc. & cler.* vbi dicitur, quod nullus bona Eccleſiaſtica inuadere præſumat, *adde & Nou.* 7. *de non alienand. aut permutand. reb. Eccl. & Nou.* 20. *de alienat. & Emphiteuſ.* Vbi ſeuerè prohibetur, ne monaſteria in priuatum vſum transferantur. *Et in Nou.* 109. *de priuileg. dotis &c.* non conceditur hæreticis, vt vlla participentur militia, neque quodlibet in publicis curis participiũ habeant, *Confer. l.* 12. *C. de hæretic. l.* 20. *C. de Epiſcopal. audient.* nimirum ne occaſione militarium & publicorum collegiorum Sanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ membra videan-

Hæretici nõ cogitant de inſtauratione Eccleſiarum cum omnes vellent ruinatas.

Digitized by Google

videantur vaſtare, Deo non ſunt aduocati *l. nemo, vel in foro C. de poſtuland.* neque defenſores ciuitatum *l. iubemus C. de Epiſc. audient.* neque in aliqua dignitate *l fin. C. de Iudæis.* Hinc illud eſt memorabile, quòd Moſcorum Imperator Baſilius literis ad Ferdinandum Cæſarem anno 1560. datis teſtatur. Nam in illis refert, propterea ſe Liuoniæ populis anno 1558. Iuſtiſsimum bellum intuliſſe, quod iuramentum Chriſtianum neglexiſſent, templa contumelijs affeciſſent, ea in Latrinas conuertentes, imagines Chriſti Domini, Deiparæ, Apoſtolorum & Martyrum partim excuſsiſſent, partim in loca abiectiſsima reieciſſent.

(*c*) Sed ecce, quomodo ex fructibus eorum cognoſcimus eos? Imperator Iuſtinianus *in Nouell. Conſt.* 42. *De depoſition. Anthimi & Seueri, &c.* ait Seuerum (hæreticum Epiſcopum Theopolitanorum) Eccleſiam contra ſacros ritus occupaſſe & ſic omnia conturbaſſe, ſicque accumulatas turbationes feciſſe, quod commune quoddam & abominabile bellum ſanctiſsimis Eccleſijs inuicem immitteret. Et hoc & à ſceptris, quæ ante Iuſtinianum fuerunt, contra ipſum ſcriptum eſt, cum varijs dogmatum & à rectitudine alienatis intellectibus, ac blaſphemijs vſum fuiſſe ac vniuerſa conturbaſſe & illum quemcunque errorem abominabilem hæreſiarcharum & iniquorum dogmatum recepiſſe, Neſtorij dicimus & Eutychetis. Quæ dum cogito, cogito autem ſæpius, putaui non poſſe non eſſe veram ſententiam hanc: Hæreſes ſecum ferre ſeditiones, tumultus, ſchiſmata, bella, *Nouell.* 103. *De Proconſul Palæſtina cap.* 2. *Nouell.* 17. *cap.* 11. & inde homicidia, adulteria, ſacrilegia, furta & id genus mille alia mala. Exemplis quid opus eſt, vbi rerum teſtimonia adſunt? Quilibet territorium, quod inhabitat, vel vicinum inſpiciat, & prô dolor abunde reperiet.

CAP.

Digitized by Google

CAP. LXXII.

DE FIDE HAERETICIS SERuanda.

HAERETICIS in promiſsione valida & obligandi vim habente ſeruanda eſt fides, quatenus nimirum ſunt hæretici & excommunicati non tantum in contractu matrimonij; ſed & in negotio religionis, in bello, & ſaluo conductu.

Etſi hæreticis non facile ſit promittenda fides 1. propter periculum ſubuerſionis 2. ſcandalum: vt quia rudiores videant principes, nobiles, Doctores communicare hæreticis, cum ijs matrimonia inire, baptiſmum celebrare, conciones audire, putant namque hac conuerſatione approbari mores hæreticorum, ſe quoque errare non poſſe, ſe ipſorum veſtigijs inſiſtant, vnde fit, vt paulatim hæreſin pro vera doctrina amplectantur, & ſe exemplo Doctorum defendant 3. propter improbitatem hæreticorum, tamē ſemel valida fidei promiſſione facta omnino ſeruanda eſt: Graue enim eſt fidem fallere, l. 1. de Conſtit. pecun: Nihilque tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ placuerunt ſeruare l. 1. D. de pact. Omnino igitur fides atq; lex contractus ſeruabitur placitumque cuſtodiendum l. 1. & 2. C. de pact. inter empt. & vend. Quod ſi promiſsio ſit inualida, vt quia cōtra bonos mores, contineat peccatum, dolo, errore, vi atque metu contracta, ne quidem fidelibus fides ſeruanda. Hāc ſententiam latè defendit Becanus Theologus libel. de fide hæreticis ſeruanda.

1. Hæreticis non facile fides promittenda.

Clarus

2. Clarus exiſtimat hæreticis non eſſe fidem ſeruãdam à priuatis lib.5.§ hæreſis n.18. Ergo aliud in publicis perſonis.

Item Zaſius putat nec hoſti in priuatis conuentionibus iniuſſu ducum initis fidem ſeruandam arg. l.2. C.de conuer.& mer.& cum exbannitis ne pacis quidem nedum priuata pacta obſeruanda. Quæ tamen opinio apud Theologos procedit abſque veſte nuptiali.

3. Egregiè Becanus dicto libell.c.12,Hic valdè miror,inquit,aduerſarios,qui etſi hæc audiunt à nobis,paſsim tamen clamant nos contrarium docere. Obijciunt exemplum Ioannis Huſsij & Hieronymi Pragenſis, quos aiunt accepto ſaluo conductu, nihilominus contra datam fidem combuſtos eſſe in Concilio Conſtantienſi. Addunt,Patres illius Concilij diſertis verbis definiuiſſe : non eſſe hæreticis ſeruandam fidem. Denique hanc cauſam obtendunt,cur ipſi ad Concilium Tridentinum, etſi oblato ſaluo conductu,venire recuſarint. Quid agamus cum his hominibus?Similes ſunt Phariſæis qui tametſi ex Chriſto audiuiſſent: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari & quæ ſunt Dei Deo,tamẽ auſi ſunt illi obijcere palam coram Pilato. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram & prohibentem tributa dare Cæſari.Plane ſic agunt nobiſcum aduerſarij.Priuatim, publicè, verbo, calamo docemus & proteſtamur , fidem ſeruandam eſſe hæreticis,& tamen in contrariam ſententiã vel inuitos nos trahere volũt. Sed videamus quid adferant. Aiunt Ioanni Huſsio fidem violatam eſſe ; Nego, A quo violata,an à Patribus Concilij Conſtantienſis? at Patres fidem illi non dederunt, an ab Imperatore Sigiſmundo? Is quidem dedit, ſed non violauit, Imo nec patres. Hoc varijs argumentis probarunt alij. Ego hoc duplici contentus

Hæretici citati ad Concilium Tridentinum cur venire recuſarint.

4.

tus ſum. Qui dat ſaluum conductum Iure nihil aliud dat quam ſecuritatem contra violentiam iniuſtam, ſalua ſemper Iuſtitia & iuris executione, vt ſupra probatum eſt ex Iureconſultorum ſententia. Atqui Imperator dedit Ioanni Huſsio Saluum conductum Iure communi, Ergo nihil aliud dedit quam ſecuritatem contra violentiam iniuſtam, hanc autem præſtitit, quia nihil iniuſte paſſus eſt Ioannes Huſsius, ergo fidem illi ſeruauit. Imo combuſtus eſt, inquiunt, fateor cõbuſtum eſſe; ſed non iniuſtè. primo quia Imperator cum daret illi ſaluum cõductum ſub pœna capitis prohibuit illi fugam. At Huſsius contra hanc prohibitionem fuga elapſus eſt. Iuſtè igitur puniri potuit. 2. quia retractus à fuga noluit hæreſin abiurare. At leges Imperatoriæ pœnam capitis decernunt in hæreticos pertinaces l. quicunque C. de hæret. Nulla ergo iuſtitia interceſſit. Quid hic dicent aduerſarij pro ſuo Huſsio? Sane ſi illum tueri velint, alterutrũ negent neceſſe eſt; aut clam fugiſſe, aut in hæreſi fuiſſe pertinacem: at neutrum negare poſſunt. De fuga teſtantur omnes, Naucler. generat. 48. Cochlæus lib. 2. hiſtor. Huſsitar. & alij. Elegantiſsimè Campanus in rationibus, quas obtulit Academicis Angliæ rat. 4. vbi ſic habet; Sed nec in Huſsiũ tamen animaduerſum fuiſſet, niſi homo perfidioſus & peſtilens retractus à fuga, quam ei Sigiſmundus Imperator periculo capitis interdixerat, violatis etiam conditionibus, quas ſcripto pepigerat cum Cęſare, vim omnem iſtius diplomatis eneruaſſet. Et quamuis VVitakerus Caluiniſta, qui aduerſus Campanum ſcripſit, illum mentiri de fuga Huſſij (non enim aliud occurrebat quod diceret) alij tamen Caluiniſtæ ingenuè fatentur.

Cap. LXXIII.

DE ILLICITIS HAERETICORUM conuenticulis

HAeretici connuenticula extra Eccleſiam in priuatis ædibus celebrare prohibentur.

1\. Arcadius & Honorius Imperatores *in l. conuenticula* 15. *C. de Epiſcop. & cleric.* Et Imperatores Gratian. Valentian. & Theodoſius *in l. nullus.* 2. §. *qui vero* 2. *C. de ſumma Trinitat.* Qui vero non iiſdem inſeruiunt, deſinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen aſſumere, & ſuis apertis criminibus denotentur, atque ab omni ſubmoti Eccleſiarum limine penitus arceantur: cum omnes hæreticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. Et Imperatores Leo & Anthemius *in l. Qui in monaſterijs* 29. *C. de Epiſcop. & cleric.* Caueant autem hi, *inquiunt*, qui ita exibũt, ne de religione vel doctrina diſputẽt, vel conciliabulis præſint, vel turba concitata ſimpliciorum animos ſeducant, ſcituri quod ſi noſtræ pietatis ſtatuta neglexerint, legum auſteritati ſubijcientur. Et Arcad. & Honorius in d. l. 3. C. eod. Cuncti hæretici proculdubio nouerint omnia ſibi loca adimẽda eſſe, ſiue ſub Eccleſiarum nomine teneantur, ſiue Diaconica appellẽtur, vel etiam Decanica, ſiue in priuatis ædibus vel locis huiuſmodi cœtibus copiam præbere videantur, &c. Adhoc interdicatur his omnibus ad Litanias faciendas nocte vel die profanis coire conuentibus, ſtatuta videlicet condemnatione 100. librarum auri, contra officium ſub-

Olim interdicebatur hæreticis facere Litanias.

Digitized by Google

ſublimitatis tuæ, vel præſidiali 50. Si quid huiuſmodi fieri, vel in publico, vel in priuatis ædibus concedatur. *Et in l. damnato.6.§.1.verſ.ita vt nemo* C *eod.* Nemo (*hæreticis*) habendi Concilij gratia in ædibus, aut villa, aut ſuburbano ſuo, aut quolibet alio loco conuenticulũ clã aut apertè præbeat; quos omnes cœtus celebrandi licentia priuari ſtatuimus, ſcientibus vniuerſis violatorem huius legis publicatione bonorum eſſe coercendum. Et Theodoſ.& Valentinianus *in l. Ariani* 5. §. *Ita vt nec,&c.* C.*eod.* Ita vt nec in publicum conuenire locum, nec ædificare ſibi quaſi Eccleſias, nec ad circumſcriptionem legum quicquam meditari valeãt omni ciuili & militari, curiarum etiam & defenſorum & Iudicum, ſub 20. librarum auri interminatione prohibendi auxilio. Et Imperatores Valent. & Martianus *in l. quicunque* 8. §.3.C.*eod.* Vniuerſi Apollinariſtæ vel Eutychianiſtæ, &c. non Eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant, paraſynaxes, & conuenticula tam diurna quàm nocturna non contrahant, neque ad domum, vel poſſeſsiones cuiuſquam (neque ad monaſterium) vel quemcunque alterum locum operaturi ſectæ funeſtiſsimæ congregentur. Quòd ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe Domino volente conſtiterit: poſt rem in examine Iudicis approbatam domum vel poſſeſsionem eius, in qua conuenerint, eius ciuitatis orthodoxæ Eccleſiæ, in cuius territorio eſt, iubemus addici. Si verò ignorante Domino, ſciente verò eo, qui penſiones domus exigit, vel actore, vel conductore prædij, paraſynaxes & conuenticula interdicta collegerint, conductor, vel procurator, ſiue actor, vel quicunque eos in domum, vel poſſeſsionem, vel monaſterium receperint, ac paſsi fuerint illicitas paraſynaxeis, conuentuſque celebrari; ſi vilis & abiectæ ſint conditionis, fuſtibus

publicè & in pœnam ſuam,& in aliorum coerceantur exemplum,ſi honeſtæ vero ſint perſonæ 10. libras auri, mulctæ nomine fiſco noſtro cogantur inferre. Et Imperatores Honorius & Theodoſ. *in l.cælicolarum* 12. *C.de Iudæis.* Aedificia autem, *inquiunt*, eorum, quæ neſcio cuius noui dogmatis conuentus habent, Eccleſijs vindicentur. Certum enim eſt, quicquid à fide Chriſtianorum diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe contrarium. Imperator Conſtantinus *in l.1.C.de Paganis.* Placuit omnibus locis atque vrbibus vniuerſis claudi protinus templa & acceſſu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. *Et Nouell.Conſt.*42.*De depoſitione Anthimi & Seueri,c.*3.§2. Interdicimus etiam omnibus iſtos ſuſcipere. Abijci ergo ipſos ſancimus de ciuitatibus ab ipſis concitatis, ſcientes pœnas iam contentas in noſtris diuinis Conſtitutionibus, quæ & domos ipſas, in quibus tale quid fit, & campos, ex quibus nutrimenta præbẽtur ſanctiſsimis Eccleſijs aſsignant, & à poſsidentibus auferunt, quia detrimenti cauſa fit ſimplicioribus, ſub ſanctiſsimis vero & orthodoxis Eccleſijs hæc iuſtè ducunt eſſe. *Nouell.*132. *De interdict. colleg.hæreticor.* Noſſe enim volumus omnes, quia ſi de cætero aliqui inueniantur aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionẽ: nequaquam omnino eos ferimus, ſed domos quidem, vbi aliquid delinquitur, ſanctæ aſsignamus Eccleſiæ: his autem qui colligunt, aut apud ſe colliguntur ex conſtitutionib. pœnas inferri omnibus modis iubemus. Et Vlpianus IC. ait *in l.*2. *D.de extraordinar.* criminib. Sub prætextu religionis, vel ſub ſpecie ſoluendi voti cætus illicitos, nec à veteranis temptari oportere. *Et in l.*1.§1.*D.de collegijs ait* Marcianus. Religionis cauſa coire non prohiberi, dummodo per hæc non fiat contra Senatu

Quicquid à fide Catholica diſcrepat Chriſto eſt contrarium.

natu

Digitized by Google

natuſconſultum, quo illicita collegia arceantur.

Sectarij conuenticula ſua nullibi eſſe prohibita affirmant. Hinc poſt obitum nobis præſertim Catholicis longè calamitoſiſsimum Catholici Principis. Dom. Ioannis VVilhelmi Ducis Iuliæ, Cliuiæ, Montium &c. piæ memoriæ elapſo anno 609. & ſubſequentibus tot ac tam diuerſa atque confuſa Lutheranorum & Caluiniſtarum conuenticula ſuborta, vt peculiarem requirant tractatũ. Et tamen ea audacter Eccleſias ſuas nuncupare nõ verentur, ſicut olim monuerunt Impp. Thedoſ. ac Valentinian. *in l. Ariani 5. C. de hæreticis.* 2. Sectarij ſua conuenticula Eccleſias nominant.

Cap. LXXIV.

DE ORTHODOXIS ECCLESIIS hæreticis non concedendis, neque alienandis, aut non occupandis monaſterÿs.

HAEreticis Orthodoxarum Eccleſiarum vſus minimè eſt concedendus (*a*) Imo nec licet ijs venerabilia monaſteria vendere, permutare, donare, & ad priuatas manſiones redigere (*b*)

(*a*) Noſtræ, inquit Imperator *in l. ſi quis orthodoxæ 10. C. de hæretic.* Serenitatis vndique ad hunc exitum prouidentia ducit, vt omnipotentis DEI templa (in quibus fidei noſtræ inſtituta perdurãt) cultu aſsiduo per omnia ſecula rediuiua ſeruentur. Nec enim dubitari poteſt, ſi in hæreticos tales veniant poſſeſsiones, in quibus veræ fidei Eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, & integritas colitur, omnimodo ab his deſeri atque deſtrui & Catholicæ Eccleſiæ ad munus hæreticorũ deuentæ quomodo violentur.

 omni

Digitized by Google

omni cultu vacare, omnibus ſacris & ſolitis viduari myſterijs, omni ſplendore priuari, nullis populorum conuentionibus, nullis Clericorum obſeruationibus celebrari, & ex hoc ſine dubio eaſdem Eccleſias perire, ruere, & complanari, nec enim de earum inſtauratione hæretici non potuerunt aliquando cogitare, quas penitùs eſſe nolebant *l.*1. C. *de off. Præfect. Prætor. Afric.* Ipſas, inquit, quoque Dei Eccleſias ſuis perfidijs (hæretici Vandali) maculabant, alias verò ex eis ſtabula fecerunt.

Hæretici nō cogitant de inſtauratione Eccleſiarum, & cauſa quare.

Hæretici ex EccleſijsCatholicis ſtabula faciũt.

b At iam cognouimus, inquit Imperator, peſſimum aliquod delictum factum, & apud Alexandrinos, & apud Ægyptios (& apud Sectarios) iam autem & alijs quibuſdam Imperij locis, quoſdam præſumere ipſa venerabilia monaſteria vendere, aut permutare, aut donare (in quibus & altare collocatum eſt, & ſacrum exhibitum miniſteriũ, quale moris eſt in ſanctiſsimis Eccleſijs celebrari, ſacris quippe lectis ſcripturis ſacroſancta & ineffabili communione tradita, & monaſtica illic facta habitatione) ita vt hæc mutarentur ex ſacro & Deo amabili ſchemate ad priuatam manſionem & ſtatum, hæc omnia de cætero fieri prohibemus, nulli hominum permittentes ita delinquere. textus peregregius ac formalis, quem vtinam hodie obſeruarent bene aduerſarij, *in Nouell.*7. *de non alienand bon. Eccl.c.*11.

Oportet enim ſemper inchoare aliquod bonum, non ea, quæ à quibuſdam preexiſtant, deſtruere. *Nouell.*89. *Quibus modnatur l. eff. ſui.cap.*7.

Deſtruenda nõ ſunt quæ perexiſtunt, ſed his aliquid boni ſuperaddendum.

D

Cap. LXXV.

DE HAERETICORVM SPELVNcis, quod cedant Catholicis.

SI hæretici ſpeluncam ſuæ incredulitatis ædificare præſumpſerint, ſancta Eccleſia ſuæ proprietati ædificia defendat.

Per textum *in Nouell* 131.*c.*14.*l.cuncti hæretici. C. de hæretic.& Manich*. vbi Arcadius & Honorius Imperatores ſic inquiunt: Cuncti hæretici procul dubio nouerint omnia ſibi loca adimenda eſſe, ſiue ſub Eccleſiarum nomine teneantur, ſiue Diaconica appellentur, vel etiam Decanica, ſiue in priuatis ædibus, vel locis huiuſmodi cœtibus copiam præbere videantur; his ædibus vel locis priuatis Eccleſiæ Catholicæ vindicandis, &c. *& l. quicunque* 8. *§. Quod ſi fecerint. C. eod. & l.*2.*in fin. C. de Summa Trinit. & Nouell.*132. Noſſe enim volumus, *inquit*, omnes, quia ſi de cætero aliqui inueniantur, aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionem, nequaquam omnino eos ferimus, ſed domos quidem, vbi aliquid delinquitur ſanctæ aſsignamus Eccleſiæ: his autem, qui colligunt, aut apud ſe colliguntur, ex conſtitutionibus pœnas inferri omnibus modis iubemus. huc pertinent iura ſupra in titulo de illicitis hæreticorum conuenticulis abunde allegata, quò me breuitatis gratia refero. Olim Eccleſiam & poſſeſsiones hæreticorum fiſcus ſibi aliquando vendicabat. *l. ſi quis orthodoxæ* 10. *C. de hæretic. & Manich. l. omnia loca, C. de Paganis*. At cùm nouæ Conſtitutiones plerunque Eccleſiæ tribuant id, quod veteres fiſco, *dict. Nouell.*131.*c.*14.*& c.*13.*in fin.* meritò leges 1.

Codicis per iſtam Nouellam conſtitutionem corriguntur. *Vide Gloſſam in dict. l. ſi quis, quæ etiam aliter dictas leges conciliare nititur.*

2\. Superioribus adde, *d. l. quicunque* 8. § 3. *C. de Hæreticis l. Ariani* 5. *in fin. Eod. tit.* Vbi dicitur: Hæreticis nec Eccleſias, neq; monaſteria ædificare licere. Vnde apparet vetuſtiores hæreticos noſtris fuiſſe probiores, quod vitã Monaſticã coluerint, & monaſteria extruxerint, etiam contra ſententiam Catholicorum, id quod noſtris hæreticis non prohibendum: tantum enim abeſt, quod monaſteria ædificent, vt ea vbicunque poſsint deprædentur, atque penitus demoliantur. Ita nimirum in ſanctiſſima loca, vbi peccatorum veniam petere debebãt, admodũ delinquũt *Nou.* 117. *c.* 15. § 1. quod grauiſsimè prohibet Imperator in *Nou. Conſtitut* 133. *Quomodo oporteat Monachos viuere. &c. cap.* 2. *&* 3. *per tot. vbi vide eleganter.*

Antiqui hæretici monaſteria ædificabant.

Moderni hæretici nõ ædificant monaſteria, ſed demoliũtur.

CAP. LXXVI.

DE FVGIENDA HAERETIcorum conſuetudine, & libris eorum cremandis.

SIcut hæreticorum cõſuetudo omnino fugienda, (*a*) ita eorum libri non legendi ſed cremandi. (*b*)

(*a*) *l. Ariani* 5. *princ.* **C. de hæreticis**; vbi vult textus hæreticorum conſuetudine ipſis quoque elementis iniuriam fieri. Ratio, quia ſimplicium animos ſeducunt *l. qui in monaſterijs* 29. **C. de Epiſc. & cler.** N*ouell.* 132. *de interd. coll. hæreticor.*

(*b*) Ita Honorius & Theodoſius Imperatores *in l. mathematicos* 10. **C. de Epiſc. audient. Theodoſius & Valentinianus** *in l. damnato* 6. § 1. **C. de hæreticis.** *Et Imperatores Valentinian. & Marcianus in l. quicunque*

cunque 8.§.5. *verb.omnes vero huiuſmodi &c.* C.Eod. Omnes,aiunt, huiuſmodi chartæ ac libri,qui funeſtum complexi fuerint dogma,incendio cõcrementur,vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant.

Aequum namq; eſt,vt immaniſsima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. *Et in l.*16.§.2. C. *Eod.* Qui habet libros (*hæreticos*) & non manifeſtat eos,vt comburantur, punitur. Imperatores Theodoſ.& Valentinianus *in l.decere 3. in princip. C.de Summ.Trinitat.* Sancimus,*inquiunt*,vt omnia quæcunque Porphyrius ſua pulſus inſania, aut quiuis alius contra religioſum Chriſtianorũ cultum ſcripſit,apud quemcunque inuenta fuerint,igni mancipentur.Omnia enim prouocantia Deũ ad iracundiam ſcripta & pias mentes offendentia,ne ad aures quidem hominum venire volumus. *Et in d.l.3.§.3.* Quoniam verò peruenit ad pias aures noſtras, quod quidam doctrinas quaſdam cõſcripſerunt & ediderunt ambiguas,& non per omnia & præciſe congruentes expoſitæ Orthodoxæ fidei à Sancta Synodo eorum ſanctorum Patrum, qui Niceæ & Epheſi conuenerunt & à Cyrillo piæ memoriæ, qui fuerat magnæ Alexandriæ ciuitatis Epiſcop⁹,iubemus facta huiuſmodi ſcripta ſiue antea ſiue nunc,potiſsimũ autẽ ea,quæ Neſtorij ſunt, comburi & perfectiſsimo interitui mancipari. Ita vt in nullius cognitionem venire poſsint, his qui tali ſcripta aut tales libros legere ſuſtinuerint,vltimum ſupplicium experturis,de cætero nulli patente licentia: præter expoſitam fidem tã Niceæ,quam Epheſi aliud quid vel dicere vel docere,transgreſſoribus nimirum huius noſtri diuini præcepti & pœnæ,quæ continetur, lata aduerſus impiam Neſtorij fidem lege ſubijciendis. *Nouell. 42.c.1.§2.* Nec verò, *ait*, vſque adhuc ſtetit, ſed

Non manifeſtans libros hæreticos punitur.

etiam ſub communi Orthodoxæ ac Catholicæ Eccleſiæ anathematiſmo factus, multis libris blaſphemijſque, & abominationibus nobis politiam impleuit, quare vniuerſis interdicimus aliquid de libris ipſius poſsideri. Et ſicut non licet Neſtorij libros ſcribere vel poſsidere (quia prædeceſſoribus noſtris Imperatoribus in ſuis Conſtitutionibus viſum eſt ſtatuere ſimilia his, quæ dicta & ſcripta ſunt à Porphyrio in Chriſtianos) ſic nec dicta, & ſcripta Seueri maneant penes aliquem Chriſtianum, ſed ſint profana, & aliena ab Eccleſia Catholica, igneque comburantur à poſsidentibus, niſi qui ipſa habent, velint periculum pati. A nemine ergo ſcribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem ſcribentium, ſciendo, quia amputatio manus his, qui ſcripta eius ſcripſerint, pœna erit, neq; enim volumus in futuro tempore ex illis blaſphemiam protrahi.

CAP. LXXVII.

DE PVNIENDIS ATQVE expellendis hæreticis.

POteſtates terrarum debent expellere hæreticos.

1. Accurſius *in Nouell. Iuſiurandum, quod præſtatur ab his*, qui adminiſtrationes accipiunt, *quæ habetur in coll.2.tit.3. Et probat per textum ibidem.* Nam ibi is, qui adminiſtrationem accipit, iurat per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum, & per ſanctam glorioſam Dei genitricem & ſemper virginem Mariam, &c. quòd eſſe velit communicator ſanctiſsimæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ

licæ Eccleſiæ,& nullo modo vel tempore ei aduerſari, nec alium quemcunque permittere (ei aduerſari) quantum poſsibilitatem habet, vt ait textus.

Deinde probat *per l.1.in fin.C.de ſumma Trinitat.* Hanc, *inquit textus*, legem ſequentes Chriſtianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos verò dementes, veſanoſque iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere diuina primum vindicta, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectendos. 2.

Pœna hæreſis arbitraria.

Tertiò probat *per auth. Gazaros, C.de hæretic.& Manichæis.* Gazaros,Patarenos,Leoniſtas, Speroniſtas, Arnoldiſtas, Circumciſos, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atq; bannimus: cenſentes vt omnia bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij eorum ad ſucceſsionem eorum peruenire non poſſunt, cùm longè grauius ſit æternam, quàm temporalem offendere maieſtatem. 3.

Bona hæreticorum cõfiſcantur.

Quartò probat l. nullus 2. §. qui verò 2. C. de ſumma Trinit. ibi. At ſi quid eruptio factioſa tentauerit, ab ipſis etiam vrbium manibus exterminato furore propelli iubemus. Et *Nouell.42 de depoſitione Anthimi c.3.*§.2. Interdicimus etiam omnibus iſtos ſuſcipere. Abijci ergo ipſos ſancimus de ciuitatibus ab ipſis concitatis, ſciẽtes pœnas iam contentas in noſtris diuinis Conſtitutionibus, quæ & domos ipſas, in quibus tale quid fit, & campos, ex quibus nutrimenta præbentur, ſanctiſsimis Eccleſijs aſsignant, & à poſsidentibus auferunt, quia detrimenti cauſa ſit ſimplicioribus. Sub ſanctiſsimis verò, & orthodoxis Eccleſijs hæc iuſtè ducunt eſſe. *Et textus in l. Hi qui ſanctam fidem* 4.

Hæretici ciuitatibus expellendi.

fidem prodiderunt C.de Apoſtat.in princ. Hi qui ſanctam fidem prodiderunt, & ſanctum baptiſma (notate Caluiniſtæ) hæretica ſuperſtitione profanarunt,à conſortio omnium ſegregati ſint &c. ***Et ibi vide latius,& textus in auth. ſtatuimus hoc edicto C.de Epiſcopali audientia.*** Statuimus hoc Edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, conſules ſiue rectores, quibuſcunque fungantur officijs, pro defenſione fidei præſtent publicè juramentum, quòd de terris ſuæ Iurisdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos bona fide pro viribus ſuis exterminare ſtudebunt. Ita vt amodo quãdocunque quis fuerit in poteſtatem ſeu perpetuã ſeu temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulũ firmare iuramento, alioquin neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorumque ſententias ex tunc irritas iudicamus & inanes.

Confer.l.2.§.2.l.3.§.3.l.nemo 4.in fin. C. de ſumma Trinitat. Nouell. 131. *De Eccleſiaſticis titulis c.14. in fin.* Ratio Iuris. Nam publicè intereſt, prouincias malis hominibus purgare, vt boni & orthodoxi in quiete permaneant *l.2.C. Quando lic. vnicuique ſin.ven.Iud.vind.l. congruit D. de offic. Præſid.*

5. Iure ciuili hæretici vltimo ſupplicio afficiuntur. Et quomodo de conſuetudine puniantur.

Imò quintò, non tantum bona eorum confiſcantur & territorijs expelluntur, ſed & ſecundum ius ciuile vltimis ſupplicijs afficiuntur *l.quicunque 8.§5.l.Arian.5.princ.l. Ex Manichæo 16.C.de hæret. l. pen.& vlt.C.de Apoſtat.* De conſuetudine hæretici pœna ignis puniuntur; pro qua licet Zaſius conſulere non poſsit, ſed contentus ſit pœnis legalibus. vltimo ſupplicio lib.1.conſ.25.n.3. tamen Coraſius lib.3 miſcel.8,n.5. eam ſuadet obſeruandam. Quicquid ſit, apud nos Germanos cum Lutheranis & Caluiniſtis paulo mitius agitur. Et videtur modernus

Digitized by Google

nus ſtatus Romani Imperij hoc ſuadere.

Nec obſtat, quòd aiunt Lolium cum tritico ſuccreſcere debere, neque illud opprimendum eſſe. Hoc enim procedit, ſi non ſit periculum, ne triticum à lolio opprimatur, aliàs ſi ſit periculum hoc, extirpandum erit. Hodie igitur cum tanta ſit tam innumerabilium hæreticorum matura ſeges, ne ab his inficiantur Orthodoxi, meritò finibus expellũtur, ad inſtar morboſi monachi. Is enim, ſi nullam admittere velit medicinam, monaſterio expellitur, quatenus dans ſemetipſum ex melioribus ad peiora, ipſe ſuis malis potiatur ſolus & non per eius malum etiam alij violentur, ſicut morboſorum & inexcuſabiliter languentium iumentorũ, *vt inquit præclarus textus in Nouell.* 133. *Quomod. oport. Monachos viuere &c.* 5. Nam vt canit Poeta. Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. 6.

Neque cum iſtis hominibus vlla ſperanda eſt reconciliatio, quàm fruſtra hodiè tentarunt plurimi. Eos ſiquidem, qui violento affectu odioque ſemel correpti fuerunt, perquam eſt difficile reconciliare *ait Nouell.* 140. *Vt conſenſu matrimon. ſolui poſsit in fin. princ.* Hic commodè poſſent inſeri Imperatorum grauiſsima dicta, quibus hæreticos olim proſecuti fuerunt, quorum ſunt plurima Iuri Iuſtinianæo inſerta. *Vide per diſcurſum l.* 2. *C. de ſumma Trinitat l. archigerontes* 6. *l. nemo* 15. *l. nemo* 20. *l. iubemus* 19. *C. de Epiſcop. audient. l. probatorias C. de diuerſ. offic. lib.* 12. *l.* 1. 2. 4. 8. *l. Manichæi* 12. *l. hæretici* 13. *l.* 14. 15. 16 17. 18. 19. 20. 21. *& toto titulo C. de hæreticis & Manichæis l ſi qui* 3. *C. de Apoſtatis*: Vbi Apoſtatis, pœnitentibus etiam non parcitur; quod etiamnum, niſi fallor, obſeruat Inquiſitio Hiſpanica, *Confer l. cum recta* 5. *in fin. C. de ſumma Trinitat.* Vbi qui non credunt ſymbolum Catholicæ fidei nullius indulgentiæ expectare debent veniam, ſed 7.

An cum ſectarijs ſperanda ſit reconciliatio.

Apoſtatis pœnitentib: non parcitur.

tan-

tanquam confeſsi hæretici competenti animaduerſione dignari. Tamen Zaſius Coraſ. ſupracitatis in locis diſputant hæreticis reuerſis non infligendam mortis pœnam, ſed aliam arbitrariam. Superioribus adde, *Nouell. 8. c. 3. Nouell. 37. De Eccleſiis conſtitutis in Africa Nouell. 42. per tot. Nouell. 45. Nouell. 55. Nouell. 109. Nouell. 115. c. 3. §. Si qui 14. Nouell. 131. c. 14. Nouell. 132. Nouell. 144. l. 24. l. 26. & l. 44. de hæreticis*, C. *Theodoſiano*, quæ ſi applicare deberem ad modernos noſtros ſectarios, ſanè quidem creſceret libellus; ſed admodum eorum, præſertim Iuriſconſultorum, animos irritarem. Vnde in gratiam horum, pro quibus conuertendis intercedendum eſt, *l. inter claras* 8. § *liquet. verſ. obſecro clementiam veſt.* C *de ſumm. Trinitat.* abſtineo, & pium lectorem ad Theologiam Iuriſconſultorum, *quam conſcripſere Ioannes Paulus VVindeck lib. 1. loc.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. 19. *& ante eum Ioannes Baptiſta Ficklerus* I. C. *ſub tit. de pœnis varijs hæreticorum, & quod vltimo ſupplicio afficiendi ſint, &c.* remitto, vbi latiſsimè proſequuntur, quibus pœnis iure ciuili & Canonico hæretici afficiantur, *Vide tamen, quæ ſcripſi ad finem de libertate religionis, & Georgium Ederum I. C. in malleo hæreticorum*, vbi multa refert exempla de infelici interitu quorundam hæreticorum.

Pro hæreticis conuertendis rectè oratur.

CAP.

Cap. LXXVIII.

DE PARENTIBVS, ET LIBERIS hæreticis, quòd exhæredari, & neq; ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedere debeant.

SI quis liberos habet Eccleſiæ ſanctæ communicantes, his ſolis ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditatem tranſmittere poteſt. Si verò permixti ſunt, portio infidelium interim reſideat penes orthodoxos, ipſis, ſi conuerſi fuerint, reſtituenda quidem, ſed abſque ratione fructuum, & adminiſtrationis. Permanebit autem apud orthodoxos, ſi ipſi perſeuerent in nequitia. Si autem omnes liberi peruerſi ſint, vocentur agnati rectæ fidei, quibus non inuentis, ſi clericus fuerit, ab Eccleſia intra annum admittatur, quo tranſacto, ſi non fuerit Clericus, ſuccedat fiſcus.

Ita formalis textus *in auth. Idem eſt. C. de hæreticis. Et in* Nouell.115.*Vt cùm de appellat. cognoſcit. cap.* 3.§.14. Si qui de prædictis, inquit, parentibus orthodoxus constitutus ſenſerit ſuum filium, vel libe- 1.

liberos non eſſe Catholicæ fidei, nec in Sacroſanćta Eccleſia communicare, in qua omnes beatiſsimi Patriarchæ vna conſpiratione & concordia fidem rećtiſsimam prædicant, & ſanćtas quatuor Synodos Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem amplećti ſeu recitare noſcuntur: licentiam habeant pro hac maxime cauſa ingratos eos, & exhæredes eos in ſuo ſcribere teſtamento. Et hæc quidem pro ingratitudinis cauſa decernimus. Generalem autem prouidentiam liberis Catholicis deferentes, iubemus ſaluis legibus, quæ iam de alijs hæreticis ſunt prolatæ, & circa Neſtorianos & Acephalos hæc obſeruari, vt ſi quando parentes inuenti fuerint ſiue Iudaico Neſtorij furori dediti, ſiue Acephalorum amplećtentes inſaniam, & ideo ab Eccleſiæ Catholicæ communione ſeparati, non liceat eis alios hæredes ſibi inſtituere, niſi liberos orthodoxos, & Eccleſiæ Catholicæ communicantes, vel liberis non exiſtentibus agnatos vel cognatos, qui ſcilicet Catholici ſunt. Quod ſi fortè ex filijs alij quidem ſunt orthodoxi & Eccleſiæ Catholicæ communicantes, alij vero ab ea ſeparati omnem parentum ſubſtantiam ad filios Catholicos tantum peruenire ſancimus, licet vltimas voluntates eiuſmodi perſonæ fecerint contra tenorem huius noſtræ Conſtitutionis aliquid diſponentes. ſi vero poſt hac fratres ab Eccleſia ſeparati ad eam conuerſi fuerint: pars eis competēs in ſtatu, in quo inuenta fuerit, tempore, quo redditur, eis præbeatur, vt nullam de frućtibus, aut gubernatione medij temporis inquietudinem vel moleſtiam Catholici patiantur, qui ante prædićtas res detinebant, quoniam huiuſmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium Catholici poſsidebant, ſicut alienationem vetamus, ita præteritorū tempo-

temporum fructus, aut gubernationem nullatenus ab his, à quibus detenti ſunt, exigi, vel retractari permittimus. Si autem vſque ad finem vitæ ſuæ in eodem errore *non communicantes* permanſerint, tunc Catholicos fratres vel hæredes ipſorum pleniſsimo iure dominij eaſdem res poſsidere decernimus. Quòd ſi filij quidem omnes peruerſi, & ab Eccleſiæ Catholicæ communione alieni inuenti fuerint, alij autem propinqui, agnati, vel cognati religionem Catholicam colentes, & communicatores eſſe fuerint approbati, eos liberis hæreticis anteponi, & eorum hæreditati ſuccedere. Si verò liberi, & propinqui, agnati, vel cognati ab orthodoxæ Religionis communione ſunt extranei, tunc ſi quidem ſchema Clericorum parentes eorum habuerint, ad Eccleſiam ciuitatis, vbi domicilium habebant, res eorum volumus pertinere: ita vt ſi Eccleſiaſtici intra annale ſpatium huiuſmodi perſonarum vindicare res neglexerint, earum dominium noſtri fiſci iuribus vindicetur. Si autem laici ſunt, ſine aliqua diſtinctione ſubſtantias eorum ad res priuatas noſtras ſimiliter peruenire ſancimus. Quæ obtinere decernimus; etiamſi teſtamento non facto, tales perſonæ deceſſerint, omnibus, quæ contra cæteros hæreticos in alijs Conſtitutionibus diſpoſita ſunt, & contra Neſtorianos, & Acephalos, & alios omnes qui Catholicæ Eccleſiæ (in qua prædictæ quatuor Synodi & Patriarchæ recitantur) non communicant, & ſucceſsiones eorum ſimiliter obſeruandis. Si enim pro cauſis corporalibus cogitamus: quantò magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſollicitudinis adhibenda, &c. *Et textus in l. cognouimus* 19. *C. de Hæreticis.* Cognouimus, *ait*, multos eſſe orthodoxos liberos, quibus nec pater, nec mater orthodoxæ ſunt religionis, & ideò ſancimus, vt non tantum in caſu, vbi al-

Non cõmucãs notatur hæreſeos.

Digitized by Google

ter non orthodoxæ religionis eſt, ſed etiam in his caſibus,quibus vterque parens alienæ ſectæ ſit; id eſt,pater & mater: hi tantummodo liberi ad eorũ ſucceſsionem, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato vocentur, & donationes ſeu aliæ liberalitates his accedere poſsint, qui orthodoxorum venerabili ſunt nomine decorati:cæteris liberis eorũ,qui non Dei omnipotentis amorem, ſed paternam vel maternam impiam affectionem ſequuti ſunt,ab omni beneficio repellendis. Liberis autẽ orthodoxis nõ exiſtentibus ad agnationem vel cognationem eorum(orthodoxos tamen)eaſdem res vel ſucceſsiones peruenire. Quod ſi nec agnatio vel cognatio recta inueniatur, tunc eaſdẽ res fiſci noſtri iuribus vindicari.&c. *Et ibi vide latius.* Et Arcadius, Honorius & Theodoſius Imperat. *in l. manichæos* §. 2. *C. eod.* Ipſos quoq; volumus amoueri ab omni liberalitate & ſucceſsione quolibet titulo veniente. *&* §. 6. Sed nec filios hæredes eis exiſtere aut adire permittimus,niſi à paterna prauitate diſſenſerint.Delicti enim veniam pœnitentibus damus. *Et text. in l. manichæi* 15. *C. eod.* Manichæi liberos quidem habẽtes orthodoxos,in eos & ſolos ab inteſtato trãſmittant,nulli autem alij viuentes aut morientes alienanto(ſeu per Inſtitutionem , ſeu per legatum , ſeu per donationem)omnimodò eorum facultatibus ad fiſcalem redituris rationem. *Et l. quæ de Samaritis* 18. *C. eod.* Soli, *ait*, orthodoxi ſuccedunt parentibus hęreticis ex teſtamento,& ab inteſtato,& legata capiunt, *&* §. *ſi alter.* 1. Si alter, *inquit*, coniugũ orthodoxus ſit, & alter hæreticus, oportet fieri liberos eorum orthodoxos. Quod ſi ex his alij orthodoxi fiant,alij hæretici maneant; ſoli ſuccedũt vtriq; parenti orthodoxi, ſi vero omnes ſint hæretici,cognati orthodoxi ſuccedunt , aut iis non exiſtentibus fiſcus. *Nouell.* 158. *c.* 6. Hæc omnia, quæ de ſucceſ-

Nomen orthodoxi Venerabile.

Hæreſis impia affectio.

Digitized by Google

ſucceſsionibus generis ſanciuimus, obtinere in illis volumus, qui Catholicæ fidei ſunt: in hæreticis autem iam à nobis poſitas leges firmas eſſe pręcipimus, nullam nouitatē, aut immutationem ex præſenti introducentes lege. *Et text. in l. Sanctæ 17. C. de hæreticis.* Non poſſunt (*hæretici*) ſucceſſores habere ex teſtamento, vel ab inteſtato, pręter orthodoxos, neq; donant aut aliter alienant hi, qui nō ſunt orthodoxi, ſed fiſcus ipſa vindicat Prouidentia Epiſcoporum & Præſidum. Hæc autem lex, quæ loquitur de Samaritis hæreticis, abrogatur. *Nouell. 129. de Samaritis*, mox tamen reuocatur *Nouell. 144. c. 1.* Ac propterea ſancimus, vt ipſi neque ex teſtamenti tabulis, neq; abſq; iis hæredes fiant, legatane capiāt, aut donationis titulo rem aliquam nanciſcantur. Sed neque Samaritani, aut in vniuerſum hæretici, quiue rectā ſe Chriſtianorum fidē amplecti ſimulant, cum reuera neq; ita ſentiant, neque huic conſentanea faciant; ad hæreditatē ab inteſtato vocati ſucceſsionē habeant. Item neq; teſtamenta cōſcribant, neq; legata relinquant, aut donent, niſi qui ea percepturi ſunt, & rectè de fide ſentiant & fideles ſint operibus. Nā ſi nemo horū ſit, iubemus vt poſt ipſorū mortē horum bona ad ſacratiſsimum pertineant ærariū. Vnde & ſacra illa forma, per indulgentiā ipſis à patre noſtro cōceſſā, quæ legis vicem obtinēs largitur ipſis, vt hæreditatē pariter adire & trāſmittere, itē legatis honorari, & legata relinquere poſsint, in poſterū vacabit, neq; prorſus vllā firmitatē habebit. Nā ſi huius ſe clemētia indignos eſſe perhibuerint, qui Samaritanorū agitātur veſānia: neminē aliū, quā ſe ipſos accuſabūt, cū à benignitate Dei & Seruat. noſt. Ieſu Chriſti alieni ſint. Liberalitates aūt ab Imp. maie. olim ipſis cōceſſas, amittūt in hoc, vt ad meliorē mētē redeāt, nō vt ꝑpetuo in ꝑuerſa hac opinion. ſua maneāt. *Et t. in l. hi*

Hæretici rectam ſe fidem amplecti ſimulant, cum tamen illam non ſentiant, nec huic conſentanea agant.

qui ſanctam 3. *C. de apoſtat. vbi.* Theodoſius, Valent. Theodoſ. & Arcad. Imppp. ſic inquiunt: Hi qui ſanctam fidem prodiderunt, & ſanctum baptiſma hæretica ſuperſtitione profanarunt, à conſortio omnium ſegregati ſint, à teſtimonijs alieni, teſtamenti, (vt ante iam ſancimus) non habeant factionem, nulli in hæreditate ſuccedant, à nemine ſcribantur hæredes, &c.

2. An bona hæreticorum exiſtentibus liberis orthodoxis, rectè applicētur Fiſco.

Nota hic vnum, quod in quibuſdam locis, vt in Hiſpania, & alibi, bona hæreticorum applicantur fiſco, licèt liberi eorum ſint orthodoxi. Pro quo textus expreſſus *in c. vergentis in fin. Extra de hæret.* quem textum ſecundùm communem opinionem eſſe approbatum iure ciuili *auth. Gazaros. C. de hæreticis*, ait Iulius Clar. *lib.* 5. *ſentent.* § *hæreſis. nu.* 14. Verùm hæc ſententia mihi nullo modo placet. Nam vti probatur luculentiſsimè præallegatis capitibus: Ius ciuile vult liberis orthodoxis parentum hæreticorum hæreditatem ex teſtamento, & ab inteſtato deferri. Et idem tenet Gloſſ. *in dict. Nouell.* 115. *Vt cum de appellat. cognoſcit.* § *ſi verò poſt hac. verb. decernimus per.* §. *cùm filius. Inſt. de hæred. quæ ab Inteſtat. deffert.*

Nihil obſtat dict. auth. Gazaros, quia ſimpliciter loquitur de filijs *ſubaudi hæreticis*. Ita quòd hi ad parentum hæreticorum ſucceſsionem venire non poſsint, ſecùs ſi ſint filij orthodoxi, quia hi Iure ciuili à parentum hæreticorum ſucceſsione non excluduntur dictis Iuribus.

Cap. LXXIX.

DE VBIQVITARIIS.

Romana Eccleſia rectè damnat Eutychetem hæreticum, eiuſque funeſtum

ſtum dogma, qui nugabatur humanam Dei naturam in diuinam transfuſam eſſe.

Sequitur ius ciuile *in l. cùm recta 5. §. 2. verb. & conſubſtantialem. l. cùm ſaluatorem 6. § 3. C de ſumma Trinitat. l. quicunq;. C. de hæretic. vbi vide ad longum.* Nec credidit dictus Eutyches presbyter Conſtantinopolitanus duas in Chriſto eſſe naturas, neque propriè & verè hominem Chriſtum fuiſſe, *dictis Iuribus. Balduin. in Commentar. ad Nouell. 42. vt Anthimus, Seuerus, &c.* 1.

Ab hoc peruerſo nebulone non abhorrent moderni noſtri Vbiquitarij. Nam & ipſi diuinam proprietatem, qua Chriſtus Deus cœlum & terram implet, ad humanam ipſius naturam transferunt: vel per incarnationem, diuinæ naturæ proprietates, aiunt communicatas eſſe naturæ humanæ. *Lutherus ad c. 9. Eccleſ. & alibi. vbi hanc vbiquitatem Corporis Chriſti ſatis luculenter aſtruit.* 2.

Vnde meritò Iure ciuili cum præfato diaboli mancipio Eutychete nimirum, eiuſque præceptore Apollinare damnantur.

Cap. LXXX.

DE ANABAPTISTIS, ET QVIbuſdam controuerſiis circa ſacrum baptiſma.

DAmnat inceſtuoſos Anabaptiſtas, qui paruulorum ſalutare baptiſma efficax eſſe negant, atque ob id iterandum eſſe in adultis contendunt, vnde ſemel

mel apud nos baptizatos iterū baptizant.

1. Ita olim VVandali corporum & animarum hoſtes Chriſtianos rebaptizabant. *l.1.in princ.* C. *de offic. Præfect. Prætor. Africæ.text. toto tit* C. *Ne ſacrum baptiſma iteretur, & maximè l.* 2. vbi ſub periculo capitis vetatur, ne ſacrum baptiſma iteretur. Neq; ibi legendum ſimpliciter: *Supplicio percellatur,* vt habent recentiores *Gothofred. & alij*, ſed *Vltimo ſupplicio* percellatur, vt habent Codices cōmuniter omnes. Et hoc vltimum ſupplicium *cum Gloſſ. ibid.* pœnam mortis interpretamur *l. vltimum* 21. *l. capitalium* 28. *prin.* C *de pœnis Nouell.* 14.

2. Non obſtat *l.* 1. C. *d. tit. Ne ſacrum baptiſma iteretur.* vbi dicitur rebaptizantem Epiſcopū ſacerdotio priuari. Nec enim talis Epiſcopus excuſatur à pœna mortis, Imo in hoc caſu maiori eſſet pœna dignus, quā alius; cū in officio ſibi deputato peccauerit, & ei plurimū honoris delatū ſit *l. presbyt* C. *de Epiſcop. & cler. l* 3. §. *in bello d. de re militar.* licet alias dicatur Nobilitati deferendū *l. decurionib. d. de pœnis.* Nō placet, quod dicamus *d. l.* 1. loqui, cum rebaptizaret quis per errorem, ponit.n. de eo, qui Apoſtolorum præcepta calcando non purificat, ſed inceſtat & polluit. *Azo.*

3. Nihil obſtat *l fin.* C. Ne ſacrū baptiſma iteretur, quę quomodo ſit intelligēda docet ibid. Gl. Loquitur nimirū de eo, qui orthodoxorū myſteriis initiatū, *id eſt*, Catechumenū baptizare, nō qui baptizatū rebaptizare fecerit, illud leuius, hoc grauius crimen eſt. Et hodie quoq; in Imperio Rom. Anabaptiſtæ gladio percelluntur, *vt volunt acta Comitiorum anno* 1529. *&* 1530. *celebratorum.*

Superioribus adde text. bonū, *in l. qui poſt* 10. C. *de paganis*, vbi præcipit Imp. vt paruuli baptizentur. Qui vero, *inquit*, nondū ſunt baptizati, ipſi cū liberis & coniugibus & omnibus ſuis perducāt ſe

ad ſan-

Digitized by Google

ad ſanctas Eccleſias, & ſuos paruulos liberos ſine mora baptizari curẽt, maiores vero prius ſcripturas ſecundũ canones doceantur. *Et tex. in Nou. 144. c. 2.* Perpulchrũ, *inquit*, nobis videtur, vt ad incontaminatũ accurrẽtes baptiſma nõ temerè ſuſcipiãtur, ſed cũ quadã obſeruatione & inſtructione, quę initiationis tẽpore fieri ſolet. Dicimus aũt, vt qui omnino ſenſu aliquo bonæ doctrinæ tãgi poſſuat, per duos primũ annos in fide inſtituãtur (*catechumeni partes*) & pro virib. ſcripturas ediſcant, tuncque demũ ſacro redẽptionis offerãtur baptiſmati, tã lõgi tẽporis pœnitẽtia prorſus redẽptionis fructũ cõſecuti. Pueros aũt admodũ, qui per ætatẽ doctrinas intelligere nequeũt, ẽt ab hac obſeruatione ſacro dignati baptiſmate, admittim⁹, &c. quod nõ admittũt inceſtuoſi Anabaptiſtæ, *Confer Nouell. Leonis 17. in fin.* Horũ paruulorũ baptiſma traditioni Apoſtol. conuenire innuit *l. 1. C.* Ne ſacrũ baptiſma itereretur ibi: qui Apoſtolorum præcepta, &c. Adde quæ de quæſtione baptiſmi, (An baptizatus in parte corporis, in toto corpore cenſeatur baptizatus,) Zaſius *in l. poßideri 11. 22. de acquirẽd. vel amittend. poſſeß.* Ex hac, *inquit*, notabili doctrina infert Gloſſa, quod baptizatus in parte dicebatur baptizatus in toto corpore. Bart. nihil decidit, dicit ſe relinquere rẽ Canoniſtis. Francíſ. de Aret. nõ audet quicquã decidere. Luther. nõ reciperet hanc Gloſſ. qui vult vt tot⁹ homo immergatur, cũ baptiſm⁹ denotet mortẽ ac reſurrectionẽ Chriſti, & habet pro ſe, *c. propriè de cõſecr. diſt. 4.* Breuiter hęc aſſertio vera eſt & cõmuniter tenetur à Canoniſtis & Theolog. Imo ſi baptizaretur tantum pes (in neceſsitate dico) tunc diceretur totus homo baptizatus, quia lauacrum corporis nihil facit ad baptiſmũ, ſed character impreſſus animæ, quo gratia infunditur, ſed anima eſt tota in toto, & in qualibet

Baptiſma ſacrum redemptionis.

parte. Ita tenet Gothofrid. *in d. c. propriè ad finem.* Monetur, quòd Petrus Apoſtolus in actis Apoſtolicis baptizabat tria millia hominum, qui conuertebantur vno ſuo ſermone, nec enim credendum eſt, quòd omnes ſint in aquam ſubmerſi. Sic Iacob. Apoſtolus in via baptizauit Ozium cum modica aquala, ſicut dicit hiſtoria. Hæc ſunt neceſſaria dictu, propter hæreſin Anabaptiſtarum. *Habetis Gloſſ. in c. nec quanquam de conſecr. diſt.4. & c. debitum de baptiſ. &c.* Et ita puto eſſe cenſendum. *Ita Zaſius d. loco.*

Iure ciuili quoque reprobantur hæretici adulteras collectas, & adultera baptiſmata facientes, *Nouell.* 132. adultera baptiſmata, *id eſt*, priuata baptiſmata, quæ fiunt domi priuatim ſecretò, ſicut adulteria, qualia baptiſmata hodie plurima latenter faciunt ſectarij, dum nimirum pignora ſua ad ſacrum orthodoxorum fontem baptizanda ferre dedignantur.

De pœna quoque eorum, qui hæretica ſuperſtitione ſacrum profanant baptiſma, vide textum in l. hi qui ſanctam 3. C. de apoſtat. Vbi is, qui ſacrum prodidit baptiſma, teſtimonium non dicit, teſtamentum non facit, neque alij ſuccedit.

Cap. LXXXI.

De Novis Donatistis, Manichæis, atque Nouatianis.

Damnat errorem Donatiſtarum, qui dixerunt propter vitia Cleri, & Eccleſiæ, ſiue vera, ſiue falſa à Clero & Eccleſia ſeparari licere. In ſolis verò bonis & ſanctis Eccleſiam conſiſtere, eamque

que toto orbe perijſſe, ac in paucis remanſiſſe. Item Catholicæ Eccleſiæ nomen non ex totius orbis communione, quam pro certiſsima Eccleſiæ nota Auguſtinus ex ſcripturis poſuerat, ſic dictum, ſed ex obſeruatione præceptorum omnium diuinorum, atque Sacramentorum.

Damnat Manichæos, qui ad imam vſque ſcelerum peruenientes, docuerunt aquam baptiſmi ad ſalutem nihil conferre, Liberum arbitrium nihil valere, Neceſſariò omnia euenire in omnibus creaturis, Deum mali authorem eſſe, adeò vt Dauidis adulterium, & ſcelerata proditio Iudæ æquè diuinum ſit opus, atque conuerſio D. Pauli: Item Sanctorum imagines in templis non ferendas.

Damnat Nouatianos, qui ſoluendi peccata plenam, & veram poteſtatem ab Eccleſia tollebant.

Sequitur ius ciuile *in l. Ariani 5. & l. 4. & paſſim toto titulo. C. de hæretic. & Manichæis.* At idem cum Donatiſtis, Manichæis, & Nouatianis, &c. docent hodie ſectarij. In ſolis namque bonis & ſanctis Eccleſiam Dei, fidemque conſiſtere, & eam toto orbe perijſſe, ac in paucis remanſiſſe aiunt. Catholicæ Eccleſiæ nomen ex vera Euangelij doctrina, & rectoq; Sacramentorum vſu metiuntur. Docent aquam baptiſmi nihil ad ſalutem conferre. Omnia neceſ-

ſario euenire, Deum mali autorem eſſe, & Eccleſiam non habere poteſtatem plenariam tollendi peccata, & ſimilia, &c. Quod latius probat Ioannes Paulus VVindeck *in ſua Theologia loc.* 11. *lib.* 1. *col.* 2. Manichæi, *inquit*, damnantur *Cod. eod. l. Ariani*, ergo ſimul etiam reprobantur Caluiniſtæ, qui cum iis liberum impugnant hominis arbitrium, (*Sanctus Auguſtin. lib. de hæreſ. c.* 46.) Eadem lege Donatiſtæ cenſentur eſſe hæretici, cum quibus hodie Caluiniſtæ docent, Eccleſiam viſibilem ante ipſorum aduentum de toto orbe terrarum periiſſe, (*Sanctus Auguſtin. lib. de vnitat. Eccleſ. c.* 12.) & Caluinus *lib.* 4. *Inſtit. cap.* 21. Iidem Donatiſtæ crudeliſsimè Eccleſiaſticos trucidarunt, altaria diffregerunt, Eccleſias ſpoliarunt, calices ſacros vendiderunt, Euchariſtiam canibus dederunt, ſacrum Chriſma proiecerunt *teſte S. Auguſtino lib.* 2. *contra Petilianum cap.* 51. *&* 61. *lib.* 3. *cap.* 40. *& epiſt.* 163. *& Optat. lib.* 2. *&* 6. *contra Parmenianum.* Eadem ſcelera hodie Caluiniſtæ factitare ſolent. Eadem lege Nouatiani & per conſequens cum iis hæretici appellantur, qui ſacramentum pœnitentiæ & Chriſmatis abnegarunt. *Theodoretus lib. de hæretic. fabul. & Caluinus lib.* 4. *c.* 19. Eadem lege Arianos nominat hæreticos, cum quibus idem nomen merentur Caluiniſtæ, qui reijciunt traditiones non ſcriptas, præceptores ſuos imitati, *Auguſt. lib.* 1. *c.* 2. *contra Maximinum, & Caluinus lib.* 4. *Inſt. cap.* 8. Eodem Codice *l. damnato.* Neſtorium damnat hæreſeos, cum quo ſectarij noſtri temporis docent in Euchariſtia non manere corpus Chriſti, ſi ſeruetur in alteram diem, *teſte Cyrillo Epiſtol. ad Caloſirium. & Caluino lib.* 4 *Inſtitut.* 17. Conſtat *ex l.* 54. *d. de hæreticis* C. *Theodoſian.* Honorium Imperatorem turpiſsimum Iouinianum hæreſiarcham contuſum primo plumbo, vnà cum ſuis gregatibus damnaſſe exi-

ſe exiſio. Eius hæreſes hodie docent ſectarij. Nam cum ipſo improbant votum virginitatis & eam matrimonio poſtponunt,ac vitam monaſticam damnant .Hactenus ille, &c.

Verum vt ſentias quam verè ſit dictum à Iuſtinian. *in Nouell.* 42. *De depoſit. Anthimi & Seueri, &c.* hæreticos quemcunque errorem abominabilem hæreſiarcharum, & iniquorum dogmatum recipere,hæc addam fuſius : Aiunt homines non per bona opera, ſed per gratiam ſine omni bono opere ſaluos futuros.

Hoc idem docuit Simon Magus omnium hæreticorum Princeps,*teſtibus Irenæo. & Theodoreto.* 2.aiunt, nulla quantumuis magna ſcelera, & peccata nocere homini, qui tantum credat. Idem docuit Eunomius hæreticus leproſus,*teſte Auguſtino.* 3.aiunt, Deum eſſe cauſam peccatorum, ita vt homines, ſi velint aliter facere, tamen non poſſint.

Eadem Florini fuit hæreſis. Imo vt Irenæus ait, plus quam hæreſis. 4.aiunt, virginitatem non poſſe ſeruari, & coitum tam eſſe neceſſarium, quam cibum & ſimilia,&c.

Eadem fuit Neronis Impij ſententia *teſte Suetonio.* 5.aiunt, coniugium merito & dignitate virginitatem æquare, vel etiam ſuperare, & virgines Deo dicatas nubere hortantur.

Idem dixerat Iouinianus hæreticus *teſtibus S. Auguſtino Hieronymo.* 6. aiunt, ieiunia & abſtinentiam nihil mereri apud Deum, hoc idem Iouinianus auſus eſt aſſerere, *teſtibus eiſdem Hieronymo & Auguſtino.* 7. aiunt opera ſatisfactoria non poſſe ab Epiſcopis alteri applicari, Idem Montaniſtæ docuerunt *teſte Tertulliano.*

8. aiunt,

Digitized by Google

8.aiunt Sedem Apoſtolicam Romæ eſſe Cathedram peſtilentiæ. Idem Petilianus & reliqui Donatiſtæ iactabant, *teſte Auguſtino.* 9.aiunt poſſe eſſe veram Eccleſiam, quæ non cohæreat cum Romana. Idem Donatiſtæ omnes clamabant. 10.aiunt Catholicam Eccleſiam non eſſe omnium locorum, vel temporum, & paucitatem, ac perſecutionem paſsionum eſſe notam veræ Eccleſiæ. Eccleſiam veram ſtatim ab Apoſtolorum temporibus latuiſſe, & vſque adhuc inuiſibilem fuiſſe. Item hæreticos non debere tradi ſæculari poteſtati corripiendos, neque ad fidem cogi. Eadem omnia aſſerebant eidem Donatiſtæ, *teſte S. Auguſtino, qui etiam has hæreſes grauiter confutat.* Aiunt non eſſe pro mortuis orandum, vel ſacrificia offerenda. Idem Aerius hæreticus docebat, *teſtibus Epiphanio & Auguſtino.* Aiunt ſanctorum reliquias non eſſe venerandas, & orationes mortuorum pro alijs non exaudiri, ac proinde fruſtra inuocari ſanctos. Idem Vigilantij fuit error, *teſte S. Hieronymo.* Aiunt veram fidem ſemel habitam nunquam amitti poſſe, & præmia beatorum eſſe paria. Idem Iouinianus ſenſit, *teſtibus Hieronymo, & S. Auguſtino.* Aiunt Eccleſiam ex ſolis bonis conſtare. Idem Donatiſtæ contendebant, *teſte S. Auguſtino.* Aiunt traditiones non ſcriptas nullo modo recipiendas, ſed ſolum ſcriptum Dei verbum ſequendum eſſe. Idem omnes hæretici, teſtibus Irenæo, & Tertulliano, maximè Ariani, *teſte S. Auguſtino.* Et poſtea Neſtorius, Dioſcorus, & Eutyches contenderunt, velut ex Actis 7. Concilij videre licet. Aiunt Ieſum naſcentem aperuiſſe vuluam B. Virginis Mariæ, hoc eſt, eam carnis virginitatem in partu amiſiſſe. Idem Iouiniani fuit error, *teſtibus Hieronymo, & Auguſtino.* Aiunt Clericos debere eſſe vxoratos. Item non expedire relinquere omnia, & dare pauperibus, & ad religionem relicto ſe-

ſeculo properare. Eoſdem errores Vigilantius defendit, *teſte S. Hieronymo.* Aiunt ſtata ieiunia non eſſe ſolenniter celebranda, ſed ieiunandum, cùm placuerit, ne quis videatur eſſe ſub lege. Item inter Epiſcopum & presbyterum non eſſe diſcrimen. Eãdem hæreſin docuit Aerius, *teſtibus Epiphanio & Auguſtino.* Aiunt Adamum perdidiſſe imaginem Dei, ad quam creatus fuerat. Item infernum nihil aliud eſſe, niſi conſcientiæ horrorem. Eadem fuit hæreſis Origenis, *teſtibus Epiphanio, & Hieronymo.* Aiunt pœnitentiam non eſſe ſecundam tabulam poſt naufragium, hoc eſt, non niſi per baptiſmum reconciliari homines Deo, & nullum eſſe Confirmationis Sacramentum. Idem præcipuus fuit Nouatianorum error, *teſte Theodoreto.* Aiunt nullum eſſe liberum arbitrium, ſed omnia ex neceſsitate abſoluta euenire. Eadem Manichæorum fuit hæreſis, *teſtibus Hieronymo, & Auguſtino* Aiunt concupiſcentiam verè eſſe peccatum, nec tolli per baptiſmum, ſed ſopiri per fidem. Eundem errorem Proclus hæreticus, *teſte Epiphanio*, & Meſſaliani apud Theodoretum tenuerunt. Aiunt mulierem poſſe principatum tenere, ſicut Regina Angliæ caput Eccleſiæ Anglicanæ dicitur à Caluiniſtis. Idem olim faciebant Peputiani hæretici, *teſte S. Auguſtino.* Aiunt in filijs fideliũ non eſſe peccatũ originale, eoſq; naſci ſanctos, & ſine baptiſmo ſaluari dicũt. Item per quoduis peccatum, quantumuis leue, perdi iuſtitiam, hoc eſt, omne peccatum eſſe mortale. Eoſdem errores tuebantur Pelagiani, *teſtibus Auguſtino & Hieronymo.* Aiunt duas eſſe in Chriſto hypoſtaticas vniones, vnam animæ cum carne, alteram diuinitatis cum humanitate, *quod videre eſt apud Bezam, in lib. de hypoſtat. duarum in Chriſto naturarum vnion.* At eandem hæreſin portentoſam habuerunt Neſtoriani, *teſte Theodoreto.* Aiunt ſe odiſſe ver-

verbum homouſios, cum ſub illo venenum lateat, *qua de re vide Lutherum contra Latom.* At oderunt idem verbum Ariani, ita vt dicerent ſe libenter foré Catholicos, ſi modo hæc vox tolleretur. Aiunt Chriſtum non eſſe hominem omnipotentem (*vide Luther. in poſtill. Conc. de Natal. Dom.*) id eſt, Chriſtum hominẽ non eſſe Deum, ſiue duas eſſe in Chriſto perſonas. Eadem Neſtorij fuit hæreſis. Aiunt diuinitatem Chriſti fuiſſe paſſam, & humanitatem Chriſti creaſſe cœlum & terram, *vide Luth. de Concil. par. 2.* Idem docuit Eutyches, dum Chriſti naturas confudit. Aiunt Neſtorium & Eutychetem tantum ex inſcitia aliqua, & in modo loquendi lapſos eſſe, cum alioqui vterq; zelum bonum, animũ ſincerum & fidem rectam haberent, vt videre eſt apud Luther. *lib. de Concil.* qui vereri ſe dicit, ne in extremo iudicio hæretici ſedeant iudices, & Epiſcopi, qui eos in Conciliis damnarunt, in æternũ pereant. At hoc idem eſt, ac ſi dicas Neſtorium & Eutychetem fuiſſe Catholicos, totam vero Eccleſiam, quæ illos damnauit, fuiſſe hæreticã. Aiunt in Chriſto eſſe aliquid diuinæ naturæ. Et Spiritum S. eſſe aliquid Dei. *Vide Melancthonem in locis communib.* At idem iam olim aſſeruit quædam hæreſis, Ariana abſurdior, quę Deum dicebat ſic eſſe triformem, vt quædam pars eius ſit pater, quædam filius, quædam Spiritus S. *teſte S. Auguſt.* Aiunt diuinam naturam Chriſti fuiſſe obedientẽ patri, quieuiſſe, ceſsiſſe iræ æterni Patris, *vide eundem Melancthon. in locis communib. ann.* 54. hoc eſt, non eſſe vnam patris & filij naturam, nec Deum filium eſſe Deo Patri æqualem. Quæ quidem Arianorum eſt hæreſis. Aiunt patri per Excellentiam quandam Dei nomen ſoli tribui, & filium perſonæ reſpectu impropriè dici creatorem cœli & terræ, patrem vero propriè. Itẽ impropriam ac duram eſſe locutionem Symboli

Nicæ-

Digitized by Google

Nicæni: Deum de Deo, lumen de lumine, *de quibus vide Caluin. aduerſus Gentilem.* Hæc eadē videbantur Arianis, dum Deum filium Deo patre minorē faciebant. quod ipſum clarius aſſerit Caluin. dum *in Inſt.* diuinam naturam filij dicit Patri ſubiectā eſſe, quomodo igitur æqualis erit Patri, quomodo homouſios. Aiunt diuinas perſonas eſſe gradu, forma & ſpecie differentes, quo abſurdius ipſi Ariani vix loqui poſſent. Aiunt humanitatem Chriſti habere omnipotentiam, omnipræſentiam & omnia diuina attributa. Id credo diceret & Eutyches humanam naturam cum diuina confundens. Aiunt Euchariſtiam non eſſe veram carnem Chriſti, ſed tantum figuram, vel imaginem corporis Chriſti. At idem docuit antiqua quædam hæreſis, cuius in 7. Synodo apud Theodoretum ex Ignatio fit mentio. Aiunt monaſteria debere eſſe libera, id eſt, ſine votis perpetuis, vt hæc ſit forma voti: Voueo Caſtitatem, paupertatem & obedientiam, vſque ad mortem liberè, id eſt, vt mutare poſsim, quando volo. Eandem fuiſſe Lampetianorum hæreſin Damaſcenus teſtatur. Aiunt Chriſti & ſanctorum imagines non eſſe venerandas. Idem Aſſeruit Xenaias Perſa hæreticus *teſte Nicephoro, qui etiam ſcribit B Virg. Mariæ imaginem à Luca depictam in templo poſitam fuiſſe, quod in honorem B. Virg. Pulcheria Theodoſ. ſoror Conſtantinopoli extruxit.* Aiūt Monachos & Epiſcopos eſſe Phariſæos, Epiſcopum Romanum in Cathedra peſtilentiæ, ſiue Anti- Chriſti ſedere dicunt, altaria, & imagines ſanctas frangunt & comburūt. Eccleſias ſpoliant, ſacros calices vendunt, vel conflant. Euchariſtiam gallinis, canibus & equis comedendam obijciunt, ſacro Chriſmate ocreas inungunt. Idem dicebant & faciebant Donatiſtæ, Circumcelliones & Ariani *teſtibus Auguſtino, Optato, Athanaſio, Theodoreto & victore Vticenſi.*

Aiunt

Aiunt monaſticam vitam eſſe monſtroſam,& inimicam humanæ ſocietati, & propterea nihil intentatum relinquunt, quod ad ſtatum religioſorum deridendum, & exſibilandum, vel ad ipſos monachos crudeliſsimè diuexandos, & prorſus occidendos pertineat. Similia olim Circumcelliones faciebant,teſte Auguſtino,& Ariani remotiſsimos orbis angulos & ſolitudines peruadebant, vt monachos inuentos in eremo trucidarent. verum ſcilicet eſt, quod magnus Antonius apud Athanaſium teſtatur: Omnes quidem Chriſtianos diabolus odit, ſed probos monachos, Chriſti virgines nullo modo tolerare poteſt.

Hæc igitur ſunt nouorum iſtorum Euangeliſtarum dogmata, iam mille abhinc annis vniuerſalis Eccleſiæ iudicio pro hæreticis blaſphemis, turpibuſque habita.

CAP. LXXXII.

DE HOMINIBVS ATHEIS.

DAmnantur homines Athei, qui non credunt eſſe Deum, reſurrectionem, & animarum immortalitatem negant, vnde vltimo ſupplicio ſubdendi.

1. Si quidam verò apud eos Atheos, *inquit Nouell. 146. Vt liceat Hebræos &c. c. 2.* vanæ nouæ vocis eloquia inferre præſumpſerint, aut reſurrectionem & iudicium negare, aut facturam Dei, & creaturam angelos ſubſiſtere, hos & expelli volumus omni loco, & non relinqui vocem blaſphemiæ, & ita à Dei ſimul lapſam notitia. Præſumentes enim eos

affari

Digitized by Google

affari aliquid, eiuſmodi vltimis ſubdantur ſuppliciis, illato errore ex hoc Iudæorum emendantes gentem. At hei vltimis ſuppliciis ſubdendi.

Ioann. Coraſius exiſtimat, lib.3, miſc.8.n.13 eiuſmodi hæreticos, qui ipſum Deum negãt, virtutemque diuinam tollunt, non viuos modo comburendos, ſed & aliis exquiſitis grauioribuſque pœnis & ſuppliciis, ſi quæ duriora excogitari poſsint, plectendos. 2. Imo grauius puniendi.

At hic nota Caluini inſignem calumniandi atque mentiendi libidinem. Nam *lib.4. Inſtitut. c.7. §. 27.* ait, Pontificem cum Cardinalibus docere, nullum eſſe Deum, nullum Chriſtum, nullam reſurrectionem. Verba eius ſunt hæc: quaſi vere dubium ſit, qualem religionis ſpeciem profeſsi ſint iam pridem Pontifices cum toto Cardinalium collegio, & hodie profiteantur. Primum enim arcanæ illius Theologiæ, quæ inter illos regnat, caput eſt, nullum eſſe Deum. alterum: Quæcumque de Chriſto ſcripta ſunt, mendacia eſſe ac Impoſturas. Tertium de vita futura, & vltima reſurrectione meras eſſe fabulas. Iampridem hæc ordinaria eſſe cæpit Pontificum religio. Quid hoc mendacio mendacius? 3. Caluini mendacium.

CAP. LXXXIII.

DE STATVIS ET ORNAMENTIS ſepulchrorum, & de cadaueribus inueſtitis ſepeliendis.

SEpulchris ſtatuas ſuperimponere; vel monumentis ornamenta ſuperaddere iure ciuili nemo prohibetur; &c.

1. Quod ipſum tamen tanquam idololatricum execrantur ſectarij. Exemplum patet Mulhemij & alibi, vbi cum Catholici ſua monumenta venerabili crucis ſtatua ornarint, ipſi tanquam ſpeciales crucis oſores ſuis ſepulchris abſque vllo ornamento truncum ligneum ſuperimpoſuerunt, vt vere ſit in prouerbio, ſicut vixit, ita morixit ſine crux, ſine lux, &c. Iſta autem theſis probatur *l. ſtatuas 7. C. de religioſ. & ſumptib.* vbi ſic Imperator Gordianus inquit, Statuas ſepulchro ſuperimponere vel monumento, quod à te extructum profiteris, ornamẽta quæ putas, ſuperaddere non prohiberis, cum iure ſuo eorum, quæ minus prohibita ſunt, vnicuique facultas libera non denegatur. **Et textus in l. pergit 5. C. de ſepulch. violat.**

2. Gentiles quoque monumenta ſua honorificè habuere, namque monumentis lucernas adpoſuere & ſolennia mortis defuncti peregere, cuius rei teſtis eſt Modeſtinus IC. ***in l. Mænia 44. manumiſſ. vindict.*** Et Papinianus ***in l. Titio centum 71. §. Titio 2. d. de condition. & demonſtrat.*** Et locus Vlpiani oſtẽdit ***in l. Prætor ait 3. §. aduerſus eos 7. d. de ſepulchro violato.*** Veteres in more habuiſſe cadauera veſtita ſepelire, quod ipſum tamen eidem tanquam ſuperſtitioſum diſplicere videtur in l. & ſi quis 14. §. non autem 5. de religioſ. & ſumptib. funer. Non autem, inquit, oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud huiuſmodi, quod homines ſimpliciores faciunt. Et Scæuola ***in l. medico 40. §. mulier 2. d. de auro & argento legato.*** Mulier, ***inquit,*** teſtamento ita ſcripſerat: Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, quæcunque ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis, ſed neque hæredes, neque maritus, cum humi corpus daret, ea ornamenta, quæ corpori iuſſus erat, adijci dederũt.

De cadaueribus ſepeliendis veſtitis an inueſtitis.

Quæ-

Quæſitum eſt vtrum ad eam,cui ornamenta vniuerſa reliquerat, pertineãt, an ad hæredes? Reſpõdit non ad hæredes, ſed ad legatariam pertinere. Et Marcianus *in l. ſeruo alieno* 113. *§. fin. d. de legat.* 1. Ineptas, *inquit*, voluntates circa ſepulturam veluti veſtes, aut ſi qua alia ſuperuacua, vt in funus impendantur, non valere Papinianus ſcribit.

Rebuffus vero in præfat. de ſentent. prouiſ. n. 48.49. putat aliter ſentiendum eſſe in cauſa Epiſcoporum ac presbyterorum, vt nefas ſit eos inueſtitos ſepelire, quia, inquit, veſtes ſacerdotales ſignificant eorum virtutes, *quod diſplicere videtur, Gothof. in d. l. 3. §. 7. vbi addit.* Illud interea notandum eſſe pro defuncti dignitate funus fieri, & vnguenta & odores ad cadauer ſepeliendum emi *l. 37. d. de religioſ. l. 3. §. 3. De de in rem verſ.* 3. Epiſcopi ac presbyteri inueſtiti nõ ſepeliendi.

Ego hac tota in re multum tribuo conſuetudini regionum, niſi admodum ſit irrationabilis ac ſuperſtitioſa, *arg. l. 30. d. de pœnis.* De ſepultura ſanctorum & aliorum quid ſcripſerim, vide caput de Eccleſiarum choris, &c. 4.

CAP. LXXXIV.

DE EXEQVIIS ET ELATIONIbus funerum, ibidemq́; adhibitis ſolemnibus.

FVnerum elationes olim ſumptibus Eccleſiæ non defunctorum fiebant.

Nouell. 59. *c.* 2. non à Clericis, ſed ab Aſcetriis mulieribus, Acolythis & Decanis. Aſcetriæ pſallebant, quaſi præficæ olim, Acolythi deferebant funalia, Decani feretrum, ſiue lectum, qui & lecticarij, Veſpelliones olim, *Cuiac. lib. De diuerſ. temp. c.* 8. 1.

por.c.8.Gothofred.in dict.Nouell.59.c.2.per illum textum. Gregorius Nazianzenus refert quoque, quomodo in ſepulturis eorum, qui in fide Chriſti defuncti erant,hymnos,accenſos cereos,Eleemoſynarumque largitiones adhibuerint, *Oratione 2. in Iulianum Imperatorem & Oratione ſeptima.*

2. Sectarij non curant cęremonias funebres.

Hodie ſectarij, qui ſe Euangelicos nominant, in elatione funerum, eiuſmodi pijs cæremoniis non vtuntur,ſed vt dicebat ille,viuunt,moriuntur & ſepeliuntur, ſine lux & ſine crux,&c. vti vixit ita morixit. 3. *Quibus adde Ficklerum*,Quemadmodum,*inquit*, piorum Imperatorum ſimulatque veterum Iuriſconſultorum & ſtudio & neceſsitate exigente multiplici legum forma rebus humanis cautum atque proſpectum eſt, vt quicquid vel errore,vel malitia, vel etiam fatali fortuitoque caſu emergeret, quod aliquam inter homines controuerſiam excitaret illarum legum, tanquam certis mediis quælibet difficultates expedirentur, & ceu nodi quidam reſoluerentur: ita quoque eorundem opera diligentiaque, vt humanis neceſsitatibus nihil, quantum eius fieri poſſet, deeſſet; quid etiam in hominum extremis & poſt mortem quoque agendum foret, diſpoſitum eſt. Quarum legum cumulus haud minimam partem Pandectarum occupat. Nam in ea parte,quæ iam inde à Barbaro ſeculo *In fortiatum* dici conſueuit,amplius quàm viginti ſex libris continentur leges, quæ de rebus negotiiſque funeſtis, ſcilicet bonis defunctorum & cauſis hæreditariis tractant, ſed quemadmodum circa funera,exequias & ſepulturas nos habere debeamus, amplius conſtitutum eſt ab ijſdem Principibus, quorum leges partim in libris Iuſtinianæi; partim Theodoſiani Codicis,partim in collationibus authenticorum contentæ ſunt. De exequiis quidem & funeribus, *in auth. de impenſ.*

quas

quas fieri oportet in defunctorum funerationibus. Item de officinis ſiue Tabernis Conſtantinopolitanis §. ſancimus. de Monachis & Aſcetriis, eaq; omnia in coll. 10. de ſepulturis verò in l. nemo deinceps C. de Epiſcop. audient. *& l. 2. cum LL. ſequentib. C. de ſepulchr. violat. &c.* Earumque legum & Conſtitutionum textus ideo cæteris capitibus adijcere placuit, vt harum ignari, neque hoc loco Catholicis de priſcis Eccleſiæ ritibus, Ceremoniis ac pietate teſtimonia Iuris deeſſe ſcirent; poſteaquam à recenter natis Euangelicis cœptum eſt negari poſt mortem valere, vel exequias, vel preces, vel Eleemoſynas, neq; vllum eſſe purgatorium, neque honeſtatem funerum, vel ſepulchrorum commodum curandum: perinde enim quomodocunque mortuus efferatur, vel vbicunque locorum putrefiat Chriſtiani hominis cadauer. hinc funera ſua multis in locis, velut demortuarum beſtiarum cadauera efferri videntur. Quo etiam tacitum de ſe præbent iudicium, cadauera ſua non magis eſſe curanda, ſed floccifacienda, cùm non ad gloriam, ſed opprobrium ſempiternum, non ad vitam, ſed mortem ſint in tremendo illo die reſurrectura. Dum enim ritus Eccleſiæ veram pietatem reſpicientes illi inſipienter contemnunt, Diogenem illum Cynicum imitari malunt, cui cum perſuaſum eſſet, poſt mortem nullum eſſe ſenſum, proijci ſe inhumatum iuſsit, amicis interrogātibus: Itane volucribus & feris exponi vellet? Minimè verò inquit, ſed baculum prope me, quo abigam, ponitote. Qui poteris, illi aiunt, non enim ſenties. Quid igitur ferarum mihi, reſpondit, laniatus oberit nihil ſentienti? Verùm Cynicis iſtis hominibus tam à veteribus, quàm à noſtri æui Theologis ita reſponſum eſt, [illegible] argumenta confutata ſunt, vt [illegible] ſit, quicquid aduerſus Eccleſiæ [illegible]

nem blaterant, id eos non ex fonte ſacrarum literarum,ſed lacunis iam olim damnatorũ hæreticorum hauſiſſe. Veteres proinde Chriſtianos funera ſuorum mortuorum non ita nuda ſine omni pompa cæremoniarum vel comitatu cleri exportaſſe, nos docet Chriſtianiſsimus Princeps Iuſtinianus, qui non minimum bonorum operum eſſe exiſtimat curare, ne quid in Chriſtiani hominis funere perperam adminiſtretur. Quare pientiſsimos Imperatores Conſtantinum Magnum atque Anaſtaſium ſe imitari gloriatur, qui ad perpetuò conſeruandam religioſam Chriſtiani funeris pompam olim ampliſsimos reditus conſtituerunt. Eum itaque morem atque ritum à Chriſtianis maioribus acceptum prolixa conſtitutione(*quàm de impenſis, vel vt Haloander vertit. De Exequiis,quas fieri oporteat in defunctorum funerationibus,inſcripſit,*)corroborat,atque firmat, Eccleſiarum quoque Oeconomos hortatur, huius negotij curam habere velint, ne quicquam eorum, quòd vel in hac parte Chriſtianam honeſtatem atque decus imminuere poſſit, omittatur.

CAP. LXXXV.

DE MEMORIIS DEFVNCTOrum,orationibus & ſatisfactionibus viuentium pro defunctis, Item de purgatorio.

DEfunctorum memoriæ rectè habentur, pro quibus etiam olim in tertiam ac nonam conueniebant diem, aut dum quadraginta complerentur dies,

dies, aut etiam annus, ſacrumque audiebant.

Ita reperies in Nouell. 133. *Quomodo oport. Monachos viuere, &c. c. 3. in princ.* Non ingrediuntur, *inquit*, neque mulieres in virile monaſterium, neque viri in fœmineum occaſione mortui, & ibi ſepulti memoriam vel per aliam cauſam, &c. *Et* §. 1. Sed neque aliquam excogitent occaſionem aut viri ad muliebria monaſteria ingrediendi, aut mulieres viris deputata occaſione horum, quæ circa funus aguntur (quas vtique memorias vocant) in tertiam & nonam conuenientes diem, aut dum quadraginta compleantur, aut etiam annus, cum liceat, ſi quidem muliebre ſit monaſterium, mulieres omnia agere: Si verò virorum, viros, & non occaſione talium obſeruationum inhoneſtatem quandam venerabilibus monaſteriis imponere. *& textus in Nouell.* 59. *De debita impenſa in exequiis defunctorum cap.* 7. Non enim hoc pro ſolis mortuis, ſed etiam pro viuentibus, & maximè imperantium ſalute eſt, pios actus omninò ad effectum adduci, & non prælaborantium bonum opus à ſubſequentium deſidia perire, *Et textus in Nouell.* 115. *vt cum de appellationib. cognoſcit, c.* 5. §. 1. *& c.* 3. §. 13. *verſ. occaſionem.* vbi dicitur, defunctorum captiuorum animas ex cauſa pijſsima ſubleuari. Nouella *Leonis* 4. Per totum ſatis apertè demonſtrat, apud veteres memorias defunctorum, & pro iiſdem ſacrificia & oblationes in Eccleſia fuiſſe frequentiſsimas. 1.

Seelmeſs vnd Begängknuß.

Superioribus adde Ficklerum *ſub tit. de mort. & funer.* Argumentum, *inquit*, quòd viuentium operationes piè defunctis etiam prodeſſe creditum ſit in veteri Eccleſia, habetur vel ex eo, quòd cum olim morientis viri ampliſsima quandoq; & iuxta 2.

facultatum vires relinquebant legata **vxoribus**, eaſque iureiurando aſtringebant, ne ad ſecunda matrimonia conuolarent, id quod Imperatori iniquum (vt reuera eſt) viſum fuit, cùm matrimonia debeant eſſe libera. Tametſi nec illud ſine ratione admiſſum fuerit olim, vel ex iis intelligi poteſt, quæ Iuſtinianus ipſe dicit: mirandum ſcilicet mulieres, ſecundò nubentes tantæ impietatis eſſe, vt duo maxima negligant, defuncti memoriam & charitatem filiorum, §. *ſi aut tutelam. Auth. de nupt. coll* 4. Defuncti enim animam ex ſecundis nuptiis vxoris contriſtari, *§. Quæ vero nunc, eodem tit.* Item nouiſsimi ſceleris eſſe, deſpicere voluntatem defuncti ita fluctuantem, vt ei detur licentia nubendi & accipiendi, quod relictum eſt, & per omnia contriſtandi priorem maritum, *per text. in fin. d. §. Quæ vero.* Quibus addit Accurſius, propter ſecundum matrimonium fieri defuncto iniuriam marito, *Gloſſ. ibid. ſub ver. & defunct.* Veruntamen coniugium ob legata morientium, vel ſimilia impedimenta conſtringi, tum propter libertatem matrimonij, vti dictum, tum etiam ob nouellarum mulierum feruorem, vti Iuſtinianus loquitur, durum viſum eſt. Eum itaque morem & parum æquum publica lege ſuſtulit. Videntes, inquit, plurimas mulieres deſiderio nuptiarum, non propter filiorum procreationem, ſed propter neceſsitatem & iurantes, & nubentes, & tranſcendentes morientium voluntates, exiſtimauimus interim prius ſacratiorem mederi partem & periurium eis cohibere, nec ſinere talia ſubire iuramenta, in quibus omnino periurium promptum eſt. Tandem conſiderauimus oportere defuncti animæ mederi, &c. *Hæc Iuſtinianus Imperator in d. §. Quæ vero auth. de nuptÿs verſ. nos igitur videntes.*

Igitur pius Princeps ratus eſt animam defuncti ir-

cti irritato voto contriſtari, & viciſſim iſthac ſua conſtitutione ſubleuari, ea ratione, quam illic prolixius recenſet, quanto magis ſubleuari poſſe credendum eſt in cæteris huiuſmodi per pias fidelium orationes, Eleemoſynas, & ſi quæ his Chriſtiana pietate ſunt ſimilia. *vide quid ſcripſi in c. de ordinatione ſacra, quid ſit in fin.*

Hinc ex Iure ciuili optimè probatur purgatorium. Nam eorum, qui ſunt in cœlis vel in inferno, fruſtra memoria habetur, fruſtra ſubleuantur. cum in inferno nulla ſit redemptio, & cœleſtes nulla oratione indigeant. Quo pertinet, quod religioſi pro omnium ſalute fundendis debeant vacare precibus, *l. certiſſime 3. C. de Epiſcop. aud.* Ergo quoque pro ſalute laborantium in purgatorio. 3. De purgatorio.

CAP. LXXXVI.

DE SANCTIS CANONIZATIS.

CAtholica Romana Eccleſia poteſtatem habet Canonizare ſanctos.

Nouell conſt. 131. de Eccleſiaſtic. diuerſ. titul. in præfation. quæ extat apud Haloand. vbi ait, Gregorium Theologum & S. Baſilium inter ſanctos haberi, ex iiſque tanquam, qui ſecuti fuerint ſanctos Apoſtolos & ſacros canones, probatur ibidem: Ordinationes ſacerdotum conuenire cum ſumma fidei diligentia. Similis ferè textus in *Nouell. 137. c. 1. per totum.* 1.

Sic præter Gregorium Nazianzenum & Baſilium, ſanctis Iure connumerantur, ſancta & glorioſa Virgo Maria Dei genitrix, Archangeli, Apo- 2.

ſtoli, Prophetæ, Martyres, *l. quoniam* 26. *§. ſi vero* 1. *l. ſi quis donauerit* 15. *C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Sanctus Michael, Sanctus Gabriel. *Nouell.* 8. *vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiant Rubric. Iuſiurandum, quod præſtatur ab his qui adminiſt. accip.* Diuus Petrus, *l. inter claras.* 8. *C. de ſumma Trinitat. Nouell.* 9. Sanctus Damaſus, *l.* 1. *C. eodem titul.* Sanctus Fabianus, *l. quoniam* 23. *C. de Epiſcop. & cleric.* Sanctus Athanaſius, Sanctus Theophilus, Sanctus Cyrillus Epiſcopus Alexandrinæ ciuitatis, *l. quicunque* 8. *C. de hæretic. & manich.* Sanctus Conſtantinus Imperator, *Nouell.* 28. *c.* 1. Sanctus Vigilius Papa, *Nouell.* 131. *c.* 3. Sanctus Epiphanius, *l. certiſſimè* 34. *in inſcriptionib. C. de Epiſcop. audient.* Sanctus Theodorus Martyr, *Nouell.* 3. *c.* 1. *verſ. Quoniam.* Et Leonis Imperatoris, *Nouell.* 88. facit quoque mentionem S. Gregorij Nyſſeni, & S. Ioannis Chryſoſtomi. Sanctus Iuſtinianus Imperator, vide infra reſponſionem meam
3. ad prætenſa argumenta Zoilorum §. Nec ego, Sancta Verina, S. Sophia, *dict. Nouell.* 3. *c.* 1. Sancta Helena, *Nouell.* 28. *c.* 1. S. Thecla, *Nouell.* 159. *princ.* Et paſsim in iure inuenies plures ſanctos atque ſanctas.

CAP. LXXXVII.

DE VENERATIONE AC inuocatione ſanctorum.

CAtholici rectè venerantur ſanctos eorumque interceſsionem implorant.

1. *L.* 1. *C. de off. Præf. Præ. Afric. in hiſce claris verbis, ibi:* Hoc etiam deprecantes exoramus ſanctæ & glorio-

glorioſæ ſemper Virginis & Dei genitricis Mariæ precibus, vt quicquid minus eſt Reip. noſtræ, per nos vltimos ſeruos reſtituat in ſuo nomine Deus, & dignos nos faciat ſeruitium eius adimplere, &c. Nouell. 8. *vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, &c. Rub. Iuſiurandum quod præſtatur ab his, qui adminiſtrationes ſuſcipiunt, &c. coll.* 2. *Tit.* 3. vbi præter ſanctam Trinitatem etiam nomen Beatæ Mariæ Virginis & ſanctorum Archangelorum Michaelis & Gabrielis iuramento inuocatur: Iuro ego, ***ait textus***, per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & Spiritum ſanctum, & per ſanctam glorioſam Dei genitricem, & ſemper virginem Mariam, & per 4. Euangelia, quæ in manib⁹ teneo, & per SS. Archangelos Michaelem & Gabrielem puram conſcientiam germanumque ſeruitium me ſeruaturum.

Quo facit textus ***in argumentum*** Nouell. 6. ***Quomod. oporteat Epiſcopos & reliquos clericos ad ordinationem adduci &c. in princ. ibi.*** Sacrarum regularum obſeruatio cuſtodiatur, quam iuſti & ***laudandi, & adorandi*** inſpectores & miniſtri Dei verbi tradiderunt Apoſtoli, & ſancti Patres cuſtodierunt & explanarunt. 2.

Et eſt ratio, ſi ſancti hic in terris conſtituti orant pro nobis & Dei prouidentiam nobis acquirunt, ***vt eſt textus in l. inter claras*** 8. §. ***Reddentes in fin. C. de ſumma Trinitat.*** quanto magis in cœlis, vbi inter eos magnum eſt gaudium, ſi quis ſaluus fiat peccatorum, ***Nouell.*** 133. ***Quomod. oporteat monach. viuer c.*** 5. poſt coronas, victorias atque triumphos id præſtabunt? ***vt latius B. Hieronymus contra Vigilantium***? Et iterum ſi parentes noſtros reuereri, ***l. parentes 6. d. de in ius vocand.*** Si vicarios ac Principum præfectos, qui eorum contingere purpuram digni ſunt exiſtimati, non tantum ſalutare, 3.

In cœlo magnum gaudium ſi quis ſaluus fit peccatorum.

l. obſer.

Digitized by Google

Principes ſeculares adorantur. *l.obſeruare* 4.§.*antequam* 3.*d.de off.Proconſ. l.*1.*C.de ſilentiar.*ſed etiam oſculari,*l.*1.*C.de domeſtic.&pro-tect.* Imo ſi principum ſecularium ſerenitatem atque æternitatem adorare debeamus, Impp.Valentinianus Theodoſ.& Arcad. *in l.*2. *C.de Fabricenſ.d.* *l.*1. *C. de ſilentiar.* Quomodo non iniquum fuerit, eundem honorem, quem eiuſmodi creaturis abſque reprehenſione pręſtamus,ſanctis Dei(qui ſunt noſtrum omnium ſpirituales Patres,Præfecti atque Principes cœleſtes, qui vitæ ſuæ,quam in hoc mundo degebant,ſalutis noſtræ cauſa non parcentes,*l. omnem adhibentes* 42.*princ. C. de Epiſcop. & cler.* cœleſtis Principis purpuram contingere digni ſunt reputati) denegare, & non pro interceſſione inuocare? maximè cum diuina humanis longo diſcrimine ſint anteferenda,& competens prærogatiua cœleſti fauori ſemper conſeruanda, vt inquit eleganter Imperator Iuſtinianus *in l.ſancimus* 22.*in fin.C.de SS.Eccleſ.*

Sancti Principes cœleſtes.

4. Soluitur obiectio. Nec obſtat, quod obijciunt ſectarij inutile eſſe ſanctos inuocare, cum non audiant noſtras orationes. Nam contrarium patet Iure ciuili *dict.Nouell.*133.*c.*5. vbi dicitur ſecundum Lucam 15.in cœlo fieri magnum gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis ſaluus fit peccatorum (pœnitentia) Ergo neceſſum eſt audiant noſtras preces noſtramque intelligant conuerſionem.

5. Nec credendum eſt per hanc ſanctorum inuocationem impediri Dei timorem, eiuſque inuocationem;omnes namque,qui Dominum Deum diligunt,atque miſericordiam ſuſtinent, non ceſſant inuocare eius placationem. *Nouell.*77.*princ.* Ipſe enim filius Dei(cultu latriæ)ſolus eſt coadorandus & conglorificandus Patri ac ſancto Spiritui,*l. cum ſaluatorem* 6.§. *his ita ſe habentibus* 2. C.de *ſumma* Tri-

Digitized by Google

ma Trinitat. & vnius & ſummi Dei nomen vbique celebrari debet *l. nullus* 2. *C. eod.* Vnde Imperator animum ſuum ad Dei omnipotentis adiutorium ita erigere debet, vt neque armis confidat, neque ſuis militibus, neque bellorum ducibus, vel ſuo ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam prouidentiam ſummæ Trinitatis referre, vnde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt, *l.* 1. *C. de vet. Iur. enucleand.* Imperator cui fidere debeat.

Reliqui ſancti cultu duliæ venerantur ſecundum Theologos & præfata iura.

Ex prædictis vero conſtat mentiri Philippum & alios, qui inuocationem ſanctorum poſt Gregorij Magni tempora incepiſſe aiunt. 6. Mendaciũ Philippi.

Cap. LXXXVIII.

DE MARTYRIO SANctorum.

COmmune eſt hæreticis, vt ſanctos & orthodoxos Martyrio afficiant.

Vidimus, *inquit l.* 1. *Cod. de off Prat. Afric.* Venerabiles viros (Martyres) qui abſciſsis radicitus linguis pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur. Martyres abſciſsis linguis locuti.

Alij vero poſt diuerſa tormenta per diuerſas diſperſi prouincias vitam in exilio peregerunt, &c. Quo ergo ſermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me vltimum ſeruum ſuum Eccleſiæ ſuæ iniurias vindicare dignatus eſt, & tantarum Imperator ſeruus Eccleſiæ.

Digitized by Google

rum prouinciarum populos à iugo ſeruitutis eripere,&c. 2.Nota benè Iuſtinianum vidiſſe Chriſtianos, quibus Vandali linguam exciderant,nec tamen eis loquendi facultatem ademerant, quod ſanè maximè mirum eſt.Hac ſæuitia,*ait Gothofred. in d.l.*1. vſum fuiſſe Honorium aduerſus Catholicos, cum ab iis impetrare non poſſet, vt Arij doctrinam ſequerentur.

3. Legimus quoque mutum quendam ita natum poſt abſciſſam linguam ſtatim loquutum Arianorum hæreſin refutaſſe, & de fide Chriſtiana veras voces emiſiſſe,idque vidit Marcellus Comes. Idem ſe vidiſſe in multis refert Æneas Gazeus in Theophraſto.Idem viſum fuiſſe Conſtantinopoli,refert Procopius *libro de bello Vandalico*, & ex his duos, cum ſe ſcortis miſcuiſſent,loqui deſijſſe.

C A P. LXXXIX.

DE RELIQVIIS SANCTORVM.

SAnctorum Martyrum reliquias rectè ſeruant atque honorant Catholici.

Pœna diſtrahentium reliquias.

L. 2. *ſecundum vnam expoſitionem, & in l.* 3. *vbi Gothof.* C. *de SS. Eccleſ.* Nemo Martyres, (*id eſt, Martyrum reliquias*) diſtrahat,nemo mercetur inquiunt Impp.Honor &Theod.Quid ergo ſi contra factum fuerit (*notate ſectarij*) quærit ibid. Gloſſ. Reſponde extra ordinem punietur; *l. ſanctio legum* 41.*d.de pœnis*. Item quod agitur, nihil valet *l. non dubium* C.*de* LL. Et Imperator Leo, *in l.decernimus* 16.C:*de Sacroſanctis Eccleſ. & in l. decernimus* 26.C. *de Epiſcop.& cleric.* Decernimus,vt poſthac neque monachi,neque quicunque alij cuiuſcunque ſtatus

atque

atque fortunæ in ædes publicas, vel in quæcunque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem crucem & ſanctorum Martyrum reliquias illicitè inferre conentur, vel occupare audeant ea, quæ vel ad publicas cauſas, vel ad populi oblectamenta conſtituta ſunt. Cum enim religioſæ ædes non deſint, poſſunt ibi, conſultis prius (vt oportet) religioſiſsimis Epiſcopis reliquias ſanctorum Martyrum non quorundam vſurpatione, ſed arbitrio reuerendiſsimorum antiſtitum collocare. Ideo patientiam & modeſtiam ſuam, quam leges noſtrę, & publica diſciplina & ipſorum monachorum nomen expoſcit, ſtudioſe vnuſquiſq; tam monachus quam cuiuslibet alterius profeſsionis retineat, & perpetuo obſeruare procuret. Adde quod olim ſolidi, quibus Principum, facies inſculptæ erant, veneratione formati dicebantur, *l. 1. C. de veter. numiſ. poteſtat.* quanto magis Principum cœleſtium facies atque imagines eorumque reliquiæ celebrandæ atque honorandæ, *l. fin. C. de ſepulchro violat.* Iniuſtum eſt (*inquit Iuſtinus Imperat.*) & noſtris temporibus alienum iniuriam fieri reliquiis defunctorum.

Reliquiæ Martyrum non niſi in religioſis ædibus collocandæ.

Reliquiæ conſultis Epiſcopis collocandę ac transferendæ.

Honor debitus Principibus in terris denegatur Principibus in cœlis quam abſurde.

CAP. XC.

DE RELIGIOSIS PEREGRInationibus ac votis.

Religioſæ peregrinationes iuſtè ac piè inſtituuntur.

Hinc ad ſanctiſsimam ſanctæ reſurrectionis vrbem nimirum Hieroſolymitanam (ſitam in Palæſtina, in qua vniuerſi conditor Dominus noſter Ieſus Chriſtus verbum illud Dei & totius humani generis 1.

generis ſalus comparuit dignatuſque eſt aſſumere
Peregrinatio Hieroſolymitana frequentiſſima.
noſtra, *Nouell.*103. *de Proconſ. Palæſtinæ princ.* §.1.)
ex omni orbe multitudo infinita, quę exprimi non
poteſt, quotidie confluit, quam ſanctiſsima Eccle-
ſia ibidem liberaliter ſuſcipit, alit & ſumptus im-
menſos facit, & inſperatos his, qui illic coaceruati
2. ſunt ſufficientes. Hæ autem peregrinationes ſal-
Quare peregrinationes ſuſcipiantur.
tem quantum ex iure ciuili colligere licet, ſuſci-
piuntur, 1. propter ſtudium circa Deum, 2. propter
deſiderium repoſitorum & Deo dicatorum loco-
rum, in quibus reliquiæ ſanctorum, & 3. propter
miraculorum operationem magni Dei & Saluato-
ris noſtri Ieſu Chriſti, qui multitudinem ineffabi-
lem ex paucis enutriјt panibus. *Hæc omnia probat
eleganter Nouell. conſt.* 40. *vt Eccleſia ſancta reſurrect.
&c.* vbi Iuſtinianus permittit Eccleſiæ Hieroſoly-
mitanæ domorum venditionem, cum decreto, ſal-
tem vt liceat confluentibus & accedentibus ad
prædictam ſanctam ciuitatem deſiderio repoſito-
rum & Deo dicatorum locorum comparare habi-
tationes Eccleſiaſticas, quæ ſecundum dictum lo-
cum ſunt, eiſque perfrui. Dij boni quomodo irri-
dent ſectarij peregrinatiouem Hieroſolymita-
nam?

3. Item probat *Nouell.* 103. *d. de Proconſ. Palæſtinæ
princ.* §.1. *& text. in l. ſi qua* 22. §. *Præterea* 2. *C. de Epi-
ſcop. & cler.* vbi ait, quod clerici atque monachi
multi religionis cauſa ad vrbem Conſtantinopo-
litanam proficiſcantur, vel peregrinentur *& l. de-*
De votis.
nunciamus 5. *C. de his qui ad Eccleſ. conf.* ait Impera-
tor Martianus, quod in Sacroſanctis Eccleſiis & a-
liis quibuſdam venerabilibus locis cum pace &
quiete competat *Vota* celebrare.

4. Nota vero textū in *dict. Nouel.* 40. *princ. & dict.*
Contra Turcas ac Saracenos.
Nouell. 103. §. 1. vbi ait Imperator, quod in Palæſtina
ſit locus, in quo mundi creator dignatus eſt in hu-
mana

mana conſtitui generatione, quod negant Turcæ ac Saraceni.

CAP. XCI.

DE SIGNO CRVCIS CHRISTI, & ſacris imaginibus.

SIgnum crucis Chriſti haud immerito apud Catholicos in magno honore habetur, quia merito veneranda ac adoranda crux Chriſti.

Dicimus namque adorandam & honorandam, verè crucem, *inquit Nouell.5.de monachis c.1.& Nouell.123.c.32.ait*, has honorandas cruces (quibus & in litaniis vtimur) non alibi niſi in venerabilibus locis reponi,&c. *Et in l decernimus, 26.C de Epiſcop. & cleric.& Nouell.131.c.7.in princ.* Crux Chriſti dicitur Venerabilis, honoranda *in Nouell.123.c.32.* & ſignum venerabile *in l. ſcimus 22. § ſin autem 2.C.de Iure deliberand. Nouell. 90. de teſtibus in princ.* ſignum noſtræ fidei, atque ſalutis *Nouell.5.cap.1.l. Iudæos 11. C. de Iudæis & cœlicol.* & ſacrum Chriſtianorum ſignum, *Nouell.28. c.1.* Quod adeo ſanctum fuit ſeculo veterum, vt in inſtrumento pro fide ac ſubſcriptione cederet, *Nouell.90.d l vlt § 2. Cod.de Iure deliberand.* eiuſque collatione profana loca expiarentur, Deoque conſecrarentur, *Nouell.5.c.1. & Nouell.67.c.1.& Nouell.131.c.7.* 1.

Quod ſi in manibus alicuius geſtetur (intellige ad piam memoriam, non contumeliam paſsionis Chriſti; quia ita hoc ſignum Chriſti deferre eſt prohibitum *d. l. Iudæos 11. C. de Iudæ:*) ei debemus cum deuotione aſſurgere, & ſi alicubi poſitum immineat, honorem impendere.

2. An venerabile ſignum crucis liceat humi pingere aut ſculpere, & an in ſilice aut in marmore?

Hinc Theodoſ.& Valentin. Imperatores prohibent, ne humi ponatur, vel in aliqua materia humi poſita ſculpatur aut depingatur, ne pedibus conculcetur. Et qui poſuerit vel poſitum non leuauerit, grauiſsima pœna mulctatur, quam (*fortè*) mortem interpretamur (*Azo,*) *toto titul.C.Nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti humi vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere aut pingere. l. vltimum* 21. *d.de pœnis.* Cuiacius *in paratitl.* aliam addit rationem ex Tyberio Conſtantino: Crucem Domini, *inquit*, qua frontem & pectora munire debemus, eam ſub pedibus conculcamus? Vnde patet omnino falſam eſſe ſententiam Franciſci Hotomanni, qui ita intellexit dictum titulum: *Quod nemini liceat ſignum Saluator.* quaſi prohibeat etiam imaginem Crucis in marmore incidi, vel alio modo ſculpi aut pingi. Si enim ſanctas inſculpere, aut pingere cruces, omnibus modis Iure ciuili vetatur, cur olim & nunc apud Catholicos litaniis pręferebantur. *dict.* *Nouell.*123. *c.*32. *auth. ſed nouo Iure. C.de Epiſcop.& cleric.* cur in venerabilibus locis ad adorandum, & verè honorandum *dict. Nouell.*5. *c.* 1. reponebantur? *dict. Nouell.*123.*c.*32.*d.l.decernimus* 26. Imò dum venerabile ſignum humi vel in ſilice, vel in marmore inſculpere, aut pingere vetatur, in cęteris locis hoc inſculpere aut piugere permittitur *arg.l.nam quod liquida.*4.*d.de penu legat.*

3. S. Helena inuentrix crucis Chriſti.

Hiſce adde *Nouell.Conſt.*28.*de moderatore Helenoponti c.*1. vbi ait Imperator, quod S.Helena pientiſſima mulier, & honeſtiſsima mater pientiſsimi Principis Conſtantini nobis ſacrum Chriſtianorũ ſignum inuenerit, vt etiamnum hodie credit SS.Romana Eccleſia, quicquid garriant ſectarij.

4. Etiam hi non verentur ſacras imagines frangere atq; comburere, quod ſummopere prohibuit Gregorius Magnus *lib.6.epiſtol.epiſtol.*107.*& c.perlatum*

de con-

Digitized by Google

de conſecrat.diſt.3. eleganter inquit. Perlatum ad nos fuerat, quod inconſiderato zelo ſuccenſus ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris, & quidem quia eas adorare vetuiſſe omninò laudamus: fregiſſe vero reprehendimus. Dic frater à quo factum eſſe ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti: Aliud eſt enim picturam adorare, aliud pro pictura hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura: hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident, quid ſequi debeant. In ipſa legunt, qui literas neſciunt, vnde & præcipuè gentibus pro lectione Scriptura eſt. De pœna Iconomachorum.

Adde his Ficklerum in ſua Theologia. In hoc, *inquit*, crimen blaſphemiæ (quod vltimo ſupplicio (mortis) punitur. *Nouell.77 vt non luxurientur homines contra natur. in fin. vbi Gloſſ*) atque pœnam incurrunt hæretici, qui Chriſti vel ſanctorum imagines contumelia afficiunt, conſcindunt vel in terram proſternunt *iuncto textu à contrario ſenſu in l.non contrahit. Ad L. Iul Maieſt.* vbi dicit ſe, nec qui lapide iactato incerto ſtatuam fortuitò attigerit, crimen Maieſtatis commiſit. Ergo ſi ſerio feciſſet, & ex præſumpta voluntate, vtique maieſtatis crimen iam perpetratum fuiſſet. Si hoc de hominum mortalium ſtatuis adeo ſeuere cautum eſt, quanto grauius puniendi, qui æterni Principis & immortalium Chriſto regnantium, ſanctorum ſtatuas ac imagines temerè offendunt, rapiunt ac deſtruunt? *l.Manichæos 4. §.in mortem 4. C. de hæretic.*

Cap. XCII.

DE DIEBVS FESTIS.

Dies feſti Apoſtolorum memoriæ dicati, vltra feſtum Paſchæ, Natalis Domini, & Epiphaniæ, &c. à cunctis ritè, celebrantur, &c.

1. Imperatores Valent. Theodoſ. & Arcad. *in l. omnes dies 7. C. de feriis*. Sacros, *inquiunt*, Paſchæ dies, qui ſeptimo numero, vel præcedunt, vel ſequuntur, Dies etiam Natalis atque Epiphaniarum Chriſti, & quo tempore commemoratio Apoſtolicæ paſsionis totius Chriſtianitatis magiſtræ à cunctis iure celebratur. in quibus etiam prædictis ſanctiſſimis diebus, neque ſpectaculorum copiam reſeramus. Hi namque feſti dies parem merentur reuerentiam cum diebus Dominicis, *vt eſt textus in d. l. omnes 7. verſ.* in quibus parem neceſſe eſt habere reuerentiam, &c. Et Imperator Theodoſ. *in l. 2. C. eod.* Sanctum, *inquit*, diem Paſchæ & diem Natalis Domini; & Epiphaniæ, ſeptem qui præcedunt, & ſeptem qui ſequuntur, ſine ſtrepitu volumus obſeruari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur. & Imperat. Leo & Anthimius *in l. dies feſtos 11. C. eod.* Dies feſtos, *inquiunt*, maieſtati altiſsimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ita ſemper honorabilem decernimus, & venerandum, vt à cunctis executionibus excuſetur, &c. *Et paulo poſt:* Nihil eodem die (Dominico) ſibi vindicet ſcena Theatralis, aut Circenſe certamen, (negotia tamen ruſtica

Feſta Apoſtolorum parem merentur reuerentiam cum die ſolis.

ſtica poſtulante neceſsitate diebus Dominicis agi ſiue fieri poſſe, permittit Conſtantinus Imperator *in l.omnes Iudices 3. C. eod.* quod corrigit Leonis *Nouella* 4. quæ iubet etiam Agricolam die Dominico vacare:) *Nouell.163. de reuelatione tributorum publicorum c.* 1. facit mentionem dierum magni feſti (*Paſchatis*) Et Imperatores Valent. Theodoſ. & Arcadius *in l.nemo deinceps* 3. *C.de Epiſcop.audient.* vbi primus dies Paſchalis extiterit, *inquiunt*, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſoluantur. Itidem dierum venerabilium ac feſtorum fit mentio à præfatis Imperatoribus *in l.ſi quando* 2. *C.de ſtatuis & imaginib. & in Nouell.*8. *vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant c.*10. §. *non ſinimus* 1. *& in Nouell.*141. *de his, qui luxuriantur contra naturam, &c.c.*1. vbi ait Imperator, quod diebus feſtis ſit pœnitentiæ & reconciliationi cum Deo ſtudendum. Adde Azonem *in ſua ſumma Cod.tit.de feriis, n.*3. Ob honorem Dei, *inquit*, feriæ ſtatuuntur, vt dies Paſchales & ſeptem ſequentes, & dies Natalis Domini, & fortè dies circumciſionis *arg. l.pridie Calendas d.de feriis*, qui & dicitur dies Calendarum Ianuarij *l.omnes* 2. *C.eodem.* Et dies Epiphaniarum eius, & dies Apoſtolicæ paſsionis, & multo magis puto dies feſtiuos glorioſæ Virginis Mariæ: Dies etiam ſolis, (quos Dominicos ritè dixere maiores) parem neceſſe eſt habere reuerentiam, qui repetito in ſe calculo reuoluitur, & denominatur dies Dominicus à ſole, qui dignior eſt Planetarum. Septem enim dies à ſeptem Planetis nomen ſumpſere. Et Sol inter eos primus eſt, & ſummus, Luna 2. Mars Tertius, Mercurius Quartus, Ammon vel Iupiter Quintus, & Venus Sextus, & Saturnus Septimus, quem dicimus diem Sabbathi. Sed & dies quadrageſimales (qui Paſchale tempus, auſpicio cæremoniarum, id eſt, conſideratione ac obſeruatione

An negotia ruſtica cogente neceſsitate diebus feſtis peragenda?

Nota feſtū Paſchæ plures habet dies celebres.

Digitized by Google

Principes ſeculares adorantur.

l.obſeruare 4.§.*antequam* 3.*d.de off.Proconſ. l.*1.*C.de ſilentiar.*ſed etiam oſculari, *l.*1.*C.de domeſtic.&protect.* Imo ſi principum ſecularium ſerenitatem atque æternitatem adorare debeamus, Impp. Valentinianus Theodoſ.& Arcad. *in l.*2. *C.de Fabricenſ.d. l.*1. *C. de ſilentiar.* Quomodo non iniquum fuerit, eundem honorem, quem eiuſmodi creaturis abſque reprehenſione pręſtamus, ſanctis Dei (qui ſunt noſtrum omnium ſpirituales Patres, Præfecti atque Principes cœleſtes, qui vitæ ſuæ, quam in hoc mundo degebant, ſalutis noſtræ cauſa non parcentes, *l. omnem adhibentes* 42. *princ. C. de Epiſcop. & cler.* cœleſtis Principis purpuram contingere digni ſunt reputati) denegare, & non pro interceſſione inuocare? maximè cum diuina humanis longo diſcrimine ſint anteferenda, & competens prærogatiua cœleſti fauori ſemper conſeruanda, vt inquit eleganter Imperator Iuſtinianus *in l.ſancimus* 22.*in fin.C.de SS.Eccleſ.*

Sancti Principes cœleſtes.

4\. Soluitur obiectio.

Nec obſtat, quod obijciunt ſectarij inutile eſſe ſanctos inuocare, cum non audiant noſtras orationes. Nam contrarium patet Iure ciuili *dict.Nouell.*133.*c.*5. vbi dicitur ſecundum Lucam 15. in cœlo fieri magnum gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis ſaluus fit peccatorum (pœnitentia) Ergo neceſſum eſt audiant noſtras preces noſtramque intelligant conuerſionem.

5\. Nec credendum eſt per hanc ſanctorum inuocationem impediri Dei timorem, eiuſque inuocationem; omnes namque, qui Dominum Deum diligunt, atque miſericordiam ſuſtinent, non ceſſant inuocare eius placationem. *Nouell.*77. *princ.* Ipſe enim filius Dei (cultu latriæ) ſolus eſt coadorandus & conglorificandus Patri ac ſancto Spiritui, *l. cum ſaluatorem* 6.§. *his ita ſe habentibus* 1. *C.de ſumma Tri-*

Digitized by Google

ma Trinitat. & vnius & ſummi Dei nomen vbique celebrari debet *l. nullus* 2. *C. eod.* Vnde Imperator animum ſuum ad Dei omnipotentis adiutorium ita erigere debet, vt neque armis confidat, neque ſuis militibus, neque bellorum ducibus, vel ſuo ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam prouidentiam ſummæ Trinitatis referre, vnde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt, *l.* 1. *C. de vet. Iur. enucleand.* Imperator cui fidere debeat.

Reliqui ſancti cultu duliæ venerantur ſecundum Theologos & præfata iura.

Ex prædictis vero conſtat mentiri Philippum & alios, qui inuocationem ſanctorum poſt Gregorij Magni tempora incepiſſe aiunt. 6. Mendaciũ Philippi.

Cap. LXXXVIII.

DE MARTYRIO SANctorum.

COmmune eſt hæreticis, vt ſanctos & orthodoxos Martyrio afficiant.

Vidimus, *inquit l.* 1. *Cod. de off Prat. Afric.* Venerabiles viros (Martyres) qui abſciſsis radicitus linguis pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur. Martyres abſciſsis linguis locuti.

Alij vero poſt diuerſa tormenta per diuerſas diſperſi prouincias vitam in exilio peregerunt, &c. Quo ergo ſermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me vltimum ſeruum ſuum Eccleſiæ ſuæ iniurias vindicare dignatus eſt, & tanta- Imperator ſeruus Eccleſiæ.

rum

rum prouinciarum populos à iugo ſeruitutis eripere,&c. 2.Nota benè Iuſtinianum vidiſſe Chriſtianos, quibus Vandali linguam exciderant,nec tamen eis loquendi facultatem ademerant, quod ſanè maximè mirum eſt.Hac ſæuitia,*ait Gothofred. in d.l.*1. vſum fuiſſe Honorium aduerſus Catholicos, cum ab iis impetrare non poſſet, vt Arij doctrinam ſequerentur.

2.

3. Legimus quoque mutum quendam ita natum poſt abſciſſam linguam ſtatim loquutum Arianorum hæreſin refutaſſe, & de fide Chriſtiana veras voces emiſiſſe,idque vidit Marcellus Comes. Idem ſe vidiſſe in multis refert AEneas Gazeus in Theophraſtò.Idem viſum fuiſſe Conſtantinopoli,refert Procopius *libro de bello Vandalico*, & ex his duos, cum ſe ſcortis miſcuiſſent,loqui deſijſſe.

CAP. LXXXIX.

DE RELIQVIIS SANCTORVM.

SAnctorum Martyrum reliquias rectè ſeruant atque honorant Catholici.

Pœna diſtrahentium reliquias.

L. 2. *ſecundum vnam expoſitionem, & in l.* 3. *vbi Gothof. C. de SS. Eccleſ.* Nemo Martyres, (*id eſt, Martyrum reliquias*) diſtrahat,nemo mercetur inquiunt Impp.Honor &Theod.Quid ergo ſi contra factum fuerit (*notate ſectarij*) quærit ibid. Gloſſ. Reſponde extra ordinem punietur, *l. ſanctio legum* 41.*d.de pœnis.* Item quod agitur, nihil valet *l. non dubium* C.*de* LL. Et Imperator Leo, *in l.decernimus* 16.C: *de Sacroſanctis Eccleſ. & in l. decernimus* 26.C. *de Epiſcop.& cleric.* Decernimus,vt poſthac neque monachi,neque quicunque alij cuiuſcunque ſtatus

atque

Digitized by Google

atque fortunæ in ædes publicas,vel in quæcunque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem crucem & ſanctorum Martyrum reliquias illicitè inferre conentur,vel occupare audeant ea, quæ vel ad publicas cauſas,vel ad populi oblectamenta conſtituta ſunt. Cum enim religioſæ ædes non deſint,poſſunt ibi,conſultis prius (vt oportet) religioſiſsimis Epiſcopis reliquias ſanctorum Martyrum non quorundam vſurpatione,ſed arbitrio reuerendiſsimorum antiſtitum collocare. Ideo patientiam & modeſtiam ſuam,quam leges noſtrę,& publica diſciplina & ipſorum monachorum nomen expoſcit, ſtudioſe vnuſquiſq; tam monachus quam cuiuslibet alterius profeſsionis retineat,& perpetuo obſeruare procuret. Adde quod olim ſolidi,quibus Principum,facies inſculptæ erant, veneratione formati dicebantur, *l.1. C. de veter. numiſ.poteſtat.* quanto magis Principum cœleſtium facies atque imagines eorumque reliquiæ celebrandæ atque honorandæ, *l. fin.C.de ſepulchro violat.* Iniuſtum eſt (*inquit Iuſtinus Imperat.*) & noſtris temporibus alienum iniuriam fieri reliquiis defunctorum.

Reliquiæ Martyrum non niſi in religioſis ædibus collocandæ.

Reliquiæ conſultis Epiſcopis collocandę ac transferendæ.

Honor debitus Principibus in terris denegatur Principibus in cœlis quam abſurde.

CAP. XC.

DE RELIGIOSIS PEREGRINATIONIBUS AC VOTIS.

Religioſæ peregrinationes iuſtè ac piè inſtituuntur.

Hinc ad ſanctiſsimam ſanctæ reſurrectionis vrbem nimirum Hieroſolymitanam (ſitam in Palæſtina,in qua vniuerſi conditor Dominus noſter Ieſus Chriſtus verbum illud Dei & totius humani 1.

generis

generis ſalus comparuit dignatuſque eſt aſſumere noſtra, *Nouell.103. de Proconſ. Palaſtinæ princ. §.1.*) ex omni orbe multitudo infinita, quę exprimi non poteſt, quotidie confluit, quam ſanctiſsima Eccleſia ibidem liberaliter ſuſcipit, alit & ſumptus immenſos facit, & inſperatos his, qui illic coaceruati ſunt ſufficientes.

Peregrinatio Hieroſolymitana frequentiſſima.

2\. Quare peregrinationes ſuſcipiantur.

Hæ autem peregrinationes ſaltem quantum ex iure ciuili colligere licet, ſuſcipiuntur, 1. propter ſtudium circa Deum, 2. propter deſiderium repoſitorum & Deo dicatorum locorum, in quibus reliquiæ ſanctorum, & 3. propter miraculorum operationem magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui multitudinem ineffabilem ex paucis enutrijt panibus. *Hæc omnia probat eleganter Nouell. conſt. 40. vt Eccleſia ſanctæ reſurrect. &c.* vbi Iuſtinianus permittit Eccleſiæ Hieroſolymitanæ domorum venditionem, cum decreto, ſaltem vt liceat confluentibus & accedentibus ad prædictam ſanctam ciuitatem deſiderio repoſitorum & Deo dicatorum locorum comparare habitationes Eccleſiaſticas, quæ ſecundum dictum locum ſunt, eiſque perfrui. Dij boni quomodo irrident ſectarij peregrinatiouem Hieroſolymitanam?

3\. Item probat *Nouell. 103. d. de Proconſ. Palaſtinæ princ. §.1. & text. in l. ſi qua 22. §. Præterea 2. C. de Epiſcop. & cler.* vbi ait, quod clerici atque monachi multi religionis cauſa ad vrbem Conſtantinopolitanam proficiſcantur, vel peregrinentur *& l. denunciamus 5. C. de his qui ad Eccleſ. conſ.* ait Imperator Martianus, quod in Sacroſanctis Eccleſiis & aliis quibuſdam venerabilibus locis cum pace & quiete competat *Vota* celebrare.

De votis.

4\. Nota vero textũ in *dict. Nouel. 40. princ. & dict. Nouell. 103. §. 1.* vbi ait Imperator, quod in Palæſtina ſit locus, in quo mundi creator dignatus eſt in humana

Contra Turcas ac Saracenos.

Digitized by Google

mana conſtitui generatione, quod negant Turcæ ac Saraceni.

CAP. XCI.

DE SIGNO CRVCIS CHRISTI, & ſacris imaginibus.

SIgnum crucis Chriſti haud immerito apud Catholicos in magno honore habetur, quia merito veneranda ac adoranda crux Chriſti.

Dicimus namque adorandam & honorandam, verè crucem, *inquit*, *Nouell.* 5. *de monachis c* 1. *& Nouell.* 123. *c.* 32. *ait*, has honorandas cruces (quibus & in litaniis vtimur) non alibi niſi in venerabilibus locis reponi, &c. *Et in l decernimus*, 26. *C. de Epiſcop. & cleric. & Nouell.* 131. *c.* 7. *in princ.* Crux Chriſti dicitur Venerabilis, honoranda *in Nouell.* 123. *c.* 32. & ſignum venerabile *in l. ſcimus* 22. § *ſin autem* 2. *C. de Iure deliberand. Nouell.* 90. *de teſtibus in princ.* ſignum noſtræ fidei, atque ſalutis *Nouell.* 5. *cap.* 1. *l. Iudæos* 11. *C. de Iudæis & cœlicol.* & ſacrum Chriſtianorum ſignum, *Nouell.* 28. *c.* 1. Quod adeo ſanctum fuit ſeculo veterum, vt in inſtrumento pro fide ac ſubſcriptione cederet, *Nouell.* 90. *d l vlt* § 2. *Cod. de Iure deliberand.* eiuſque collatione profana loca expiarentur, Deoque conſecrarentur, *Nouell.* 5. *c.* 1. *& Nouell.* 67. *c.* 1. *& Nouell.* 131. *c.* 7. 1.

Quod ſi in manibus alicuius geſtetur (intellige ad piam memoriam, non contumeliam paſsionis Chriſti; quia ita hoc ſignum Chriſti deferre eſt prohibitum *d. l. Iudæos* 11. *C. de Iuda:*) ei debemus cum deuotione aſſurgere, & ſi alicubi poſitum immineat, honorem impendere.

2. An venerabile ſignum crucis liceat humi pingere aut ſculpere, & an in ſilice aut in marmore?

Hinc Theodoſ.& Valentin. Imperatores prohibent, ne humi ponatur, vel in aliqua materia humi poſita ſculpatur aut depingatur, ne pedibus conculcetur. Et qui poſuerit vel poſitum non leuauerit, grauiſsima pœna mulctatur, quam (*fortè*) mortem interpretamur (*Azo,*) *toto titul.C.Nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti humi vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere aut pingere. l. vltimum* 21. *d.de pœnis*. Cuiacius *in paratitl.* aliam addit rationem ex Tyberio Conſtantino: Crucem Domini, *inquit*, qua frontem & pectora munire debemus, eam ſub pedibus conculcamus? Vnde patet omnino falſam eſſe ſententiam Franciſci Hotomanni, qui ita intellexit dictum titulum: *Quod nemini liceat ſignum Saluator.* quaſi prohibeat etiam imaginem Crucis in marmore incidi, vel alio modo ſculpi aut pingi. Si enim ſanctas inſculpere, aut pingere cruces, omnibus modis Iure ciuili vetatur, cur olim & nunc apud Catholicos litaniis pręferebantur. *dict.* Nouell.123. *c.*32. *auth. ſed nouo Iure. C.de Epiſcop.& cleric.* cur in venerabilibus locis ad adorandum, & verè honorandum *dict.* Nouell.5. *c.* 1. reponebantur? *dict. Nouell.*123.*c.*32.*d.l.decernimus* 26. Imò dum venerabile ſignum humi vel in ſilice, vel in marmore inſculpere, aut pingere vetatur, in cęteris locis hoc inſculpere aut piugere permittitur *arg.l.nam quod liquida.*4.*d.de penu legat.*

3. S. Helena inuentrix crucis Chriſti.

Hiſce adde *Nouell.Conſt.*28.*de moderatore Helenoponti c.*1. vbi ait Imperator, quod S.Helena pientiſſima mulier, & honeſtiſsima mater pientiſsimi Principis Conſtantini nobis ſacrum Chriſtianorũ ſignum inuenerit, vt etiamnum hodie credit SS.Romana Eccleſia, quicquid garriant ſectarij.

4. Etiam hi non verentur ſacras imagines frangere atq; comburere, quod ſummopere prohibuit Gregorius Magnus *lib.6.epiſtol.epiſtol.*107.*& c.perlatum de con-*

Digitized by Google

de conſecrat.diſt.3. eleganter inquit. Perlatum ad nos fuerat, quod inconſiderato zelo ſuccenſus ſancto-rum imagines ſub hac quaſi excuſatione,ne adorari debuiſſent,confregeris , & quidem quia eas adorare vetuiſſe omninò laudamus: fregiſſe vero reprehendimus. Dic frater à quo factum eſſe ſacerdote aliquando auditum eſt,quod feciſti: Aliud eſt enim picturam adorare , aliud pro pictura hiſtoriam,quid ſit adorandum,addiſcere.Nam quod legentibus ſcriptura : hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus , quia in ipſa ignorantes vident , quid ſequi debeant. In ipſa legunt,qui literas neſciunt, vnde & præcipuè gentibus pro lectione Scriptura eſt.

De pœna Iconomachorum.

Adde his Ficklerum in ſua Theologia. In hoc , *inquit*,crimen blaſphemiæ (quod vltimo ſupplicio (mortis)punitur. *Nouell.77 vt non luxurientur homines contra natur. in fin. vbi Gloſſ*) atque pœnam incurrunt hæretici,qui Chriſti vel ſanctorum imagines contumelia afficiunt , conſcindunt vel in terram proſternunt *iuncto textu à contrario ſenſu in l.non contrahit. Ad L.Iul Maieſt.*vbi dicit ſe,nec qui lapide iactato incerto ſtatuam fortuitò attigerit, crimen Maieſtatis commiſit. Ergo ſi ſerio feciſſet, & ex præſumpta voluntate,vtique maieſtatis crimen iam perpetratum fuiſſet. Si hoc de hominum mortalium ſtatuis adeo ſeuere cautum eſt , quanto grauius puniendi, qui æterni Principis & immortalium Chriſto regnantium , ſanctorum ſtatuas ac imagines temerè offendunt , rapiunt ac deſtruunt ? *l.Manichæos 4. §.in mortem 4. C. de hæretic.*

Digitized by Google

ſtica poſtulante neceſsitate diebus Dominicis agi ſiue fieri poſſe, permittit Conſtantinus Imperator *in l. omnes Iudices* 3. *C. eod.* quod corrigit Leonis *Nouella* 4. quæ iubet etiam Agricolam die Dominico vacare:) *Nouell.* 163. *de reuelatione tributorum publicorum c.* 1. facit mentionem dierum magni feſti (*Paſchatis*) Et Imperatores Valent. Theodoſ. & Arcadius *in l. nemo deinceps* 3. *C. de Epiſcop. audient.* vbi primus dies Paſchalis extiterit, *inquiunt*, nullum teneat carcer incluſſum, omnium vincula diſſoluantur. Itidem dierum venerabilium ac feſtorum fit mentio à præfatis Imperatoribus *in l. ſi quando* 2. *C. de ſtatuis & imaginib. & in Nouell.* 8. *vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant c.* 10. §. *non ſinimus* 1. *& in Nouell.* 141. *de his, qui luxuriantur contra naturam, &c. c.* 1. vbi ait Imperator, quod diebus feſtis ſit pœnitentiæ & reconciliationi cum Deo ſtudendum. Adde Azonem *in ſua ſumma Cod. tit. de feriis, n.* 3. Ob honorem Dei, *inquit*, feriæ ſtatuuntur, vt dies Paſchales & ſeptem ſequentes, & dies Natalis Domini, & fortè dies circumciſionis *arg. l. pridie Calendas d. de feriis*, qui & dicitur dies Calendarum Ianuarij *l. omnes* 2. *C. eodem.* Et dies Epiphaniarum eius, & dies Apoſtolicæ paſsionis, & multo magis puto dies feſtiuos glorioſæ Virginis Mariæ: Dies etiam ſolis, (quos Dominicos ritè dixere maiores) parem neceſſe eſt habere reuerentiam, qui repetito in ſe calculo reuoluitur, & denominatur dies Dominicus à ſole, qui dignior eſt Planetarum. Septem enim dies à ſeptem Planetis nomen ſumpſere. Et Sol inter eos primus eſt, & ſummus, Luna 2. Mars Tertius, Mercurius Quartus, Ammon vel Iupiter Quintus, & Venus Sextus, & Saturnus Septimus, quem dicimus diem Sabbath.. Sed & dies quadrageſimales (qui Paſchale tempus, auſpicio çæremoniarum, id eſt, conſideratione ac obſeruatione

An negotia ruſtica cogente neceſsitate diebus feſtis peragenda?

Nota feſtũ Paſchæ plures habet dies celebres.

Digitized by Google

tione ieiuniorum & contemplatione cœleſtium anticipant) feriati ſunt, quantum ad criminales accuſationes. *d.l.quadraginta.*

2. Hactenus Azo 2. Item ſi ſancti & glorioſi Apoſtoli ſacerdotium à Domino Chriſto Deo conſecuti, & qui bonis omnibus terram repleuerunt, & eius doctrinam omnibus impartiti ſunt, neque ipſi vitæ ſuæ, quam in hoc mundo degebant, ſalutis noſtræ cauſa pepercerunt, ***vt ait textus in l.omnem adhibentes 42.princ.C de Epiſcop.& cleric.*** Quomodo æquum non fuerit, ne omninò ingrati videamur, eorum feſtiuitatem celebrare, atque de tantis beneficiis eis congratulari?

3. **De die Dominica.** Tertio adde *l.omnes Iudices 3.C.de feriis.* vbi Imperator Conſtantinus diem Dominicam ſanctum, & à Iudiciis & à laboribus liberum in æternum conſtituit. Quæ lex confundit Caluinum, qui diem Dominicam abrogare, & in diem Iouis transferre voluit. *Bolſ.in eius vita.* Non ſecus atque Alcoranus diem Dominicam in diem Veneris commutauit. Deinde iſta lex confundit modernos Sabbatarios, qui Sabbatum more Iudæorum colunt, diemq́; Dominicā aſpernātur. quò facit eleganter Nou.144.c.2.

Caluinus diem Dominicam in diem Iouis transferre voluit.

4. Nota tamen 1. quod Imperator noſter dies ſeptimanarum numerat etiam per ferias, vtpote feria 1.2.& 3.&c. ***l.neminem volumus 22.§.1 C. de Epiſcop.audient.confer l.2.3.& l.vlt.§.1.C.de ferijs.***

5. Nota 2. maximè circa feſtum Paſchæ in quadrageſima pœnitentiam, confeſsionem & ſacram cōmunionem requiri. *textus in Nouell.141.per tot.*

CAP. XCIII.

DE SACRIS BASILICIS.

SAnctis Dei Apoſtolis atque Martyribus veneranda templa, oratoria, & baſilicæ rectè dedicantur.

Si quis

Si quis donauerit, *ait textus l. ſi quis* 15. *C. de SS. Eccleſ.* aliquam rem mobilem, vel immobilem perſonæ Martyris, Prophetæ, aut Angeli, tanquam ipſi poſtea oratorium ędificaturus, cogitur opus quantumuis nondum inchoatum perficere, per ſe vel per hæredes. *& textus in l. quoniam* 26. §. 1. *C. eod. Nouell.* 131. *de Eccleſiaſt. titul. c.* 9. *deinde ibi:* Si non eſt in ciuitate Baſilica nominati ſancti, &c. *Et in d. Nouell.* 3. *vt determinat. ſit num. cleric. ſanctiſſ. maior. Eccleſ. c.* 1. *verſ.* 1. 1.

Poſtea verò & venerabilis domus Sanctæ Glorioſæque Virginis, & Dei genitricis Mariæ iuxta ſanctiſsimæ maioris Eccleſiæ vicinitatem poſita, ædificata eſt, à piæ memoriæ Verina, & veneranda domus Sancti Martyris Theodori, à Speratio glorioſæ memoriæ dedicata eſt. Erat autem etiam venerabilis domus S. Helenæ, quæ ſanctiſsimæ maiori Eccleſiæ copulata eſt. 2. Hinc tot Xenodochia (*loca, vbi pauperes peregrini ſuſcipiuntur l.* 49. §. 3. *C. de Epiſcop. & cler. vulgò Hoſpitalia.*) tot Orphanatrophia (*quibus Orphani vtroq; parente carentes paſcuntur. l.* 32. *C. eod.*) & Noſocomia (*vbi ægroti curantur:*) Item brephotrophia (*vbi infantes, recenteſq; à partu expulſi aluntur, vulgò Fundtlein infans trouuer.*) Item ptochotrophia (*loca vbi pauperes & infirmi homines aluntur:*) Item Aſcetria (*loca, in quibus fœminæ debilium ſuſtentatrices habitant:*) Item Geronthocomia (*vbi pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi curantur,*) Catotrophia (*vbi quilibet diuertit:*) & aliæ reuerendæ domus, atque ædificia in honorem Sanctorum ædificata. *l. illud quod* 19. *& l. ſancimus* 22. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. Nou.* 7. *in princ. l. omnia* 34. *C. de Epiſcop. & cleric.* cuiuſmodi multa ſeſe extruxiſſe Imperator commemorat. *Nouell.* 59. *& in Nouell. de Eccleſiaſt. tit* 131. *c.* 15. fit mẽtio venerabilis Xenodochij, quod vocatur S. Mariæ Sanſo; cuius quoque fit

Maioribus Dei Eccleſiis olim propinquè ædificabantur Baſilicæ B. Mariæ Virginis.

S Verina ædificauit tẽplum B. Mariæ Virg.

Speratius dedicauit templum Theodoro Martyri.

2\.

De Hoſpitaliis.

Digitized by Google

mentio *in d. Nouell.* 59. *c.* 3. Huius Xenodochij priuilegia olim habuit Hoſpitale Zotici beatiſsimæ memoriæ. *textus in l. omnia* 35. *C. de Epiſcop. & cleric. vbi Gloſſ. Confer* Nouell. 159. *in princ. in verb.* Quæ via ducit ad Sacroſanctum Martyrium Sanctæ Theclæ.

3. Accedat, quod Dominus Iuſtinianus Imperator multa & magna opera pietatis fecit, & inter cætera ſua magnifica opera fundauit, & ædificauit monaſterium, quod eſt in monte Sinai, vbi ſunt religioſi de ordine Sancti Baſilij. *Additio ad Cynum in l. cum antiquioribus C. de Iure deliberand.* Templum quoque in honorem Dei, Patris Sanctæ Sophiæ, quo nullum eſt in orbe precioſius, impenſa ſua ſuoque iuſſu Conſtantinopoli ædificatum curauit. Et in honorem venerandæ ſedis ſummi Apoſtoli Petri dedicauit legem, vt Eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione, quemadmodum fatetur *Nouell 9. verſ. quod igitur, &c.* Ratio, quia ibi eſt fons ſacerdotij, id eſt, Papatus (*vt explicat Iohannes antiquus gloſſator in ſua ſumma ad libros Nouellarum in d. Nouell.* 9.) & patria legum *d. Nou.* 9. Sicut in ſimili Deo optimo Maximo conſecrauit, atque vouit Nouellam conſtitutionem, *vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, &c. fiant, c.* 10. *§. non ſinimus* 1. *& c.* 11.

De Baſilicis à Iuſtiniano extructis.

Iuſtinianus in honorem ſedis Romanæ Nouell. 9. publicauit.

4. Etiam Theodora Imperatoris Iuſtiniani coniunx, mulier admodum celebris atque ſagax in honorem ſanctiſsimorũ Apoſtolorum precioſiſsimũ templum ædificari curauit, quod etiam auguſtius, precioſius & præclarius fuit, quàm quod ædificarat Conſtantinus Imperator, vti ferunt hiſtoriæ.

De templo extructo à Theodora Imperatrice.

5. Non deſtitit quoque Pontifex Damaſus, *cuius fit mentio in l.* 1. *C. de ſumma Trinit.* & templa & cultum diuinum augere, *teſte Platina in eius vita.* Duas enim Baſilicas ædificauit, vnam iuxta Theatrum Romæ, alterum via Ardeatina ad Catechumbas,

De Baſilicis extructis à Damaſo Pontif.

dedi-

Digitized by Google

dedicauit & Platoniam, vbi corpora Petri & Pauli aliquando iacuerant: verſibus quoque elegantibus ſanctorum corpora eo loci ſepulta exornauit ad memoriam poſteritatis. Præterea verò Baſilicam, quam ipſe in honorem Diui Laurentij non longè à Theatro Pompeiano condiderat, maximis muneribus ornauit. Item Bellifarius duo Xenodochia (quæ nos domos hoſpitales appellamus) ſua impenſa Romæ ædificauit, quorum alterum in via lata, alterum via flamminea extabat, condidit & monaſterium ſancti Iuuenalis apud ortam vrbem additis fundis, vnde monachi paſcerentur. *Platina in vita Vigilij Pontif.*

Nota tamen, quòd venerabiles domus ſanctis Dei dedicatæ, regi omnium Deo in effectu dedicantur. *Nouell.54.c.2.Nouell.9.§.9.* Quod nolunt intelligere aduerſarij. 6.

Templa ſanctis dedicata cui in effectu dedicentur.

CAP. XCIV.

DE ECCLESIARVM ASYLIS.

CONfugientes ad Eccleſiam Catholicam non debent temeraria autoritate inde abſtrahi.

Textus in l.fideli 2.& toto titul.C.de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, & 6. Fideli deuotaq; præceptione (inquiunt Honor.& Theodoſ.Impp.) ſancimus, nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere, ſub hac videlicet definitione, vt ſi quiſpiam contra hanc legem venire tẽtauerit, ſciat ſe Maieſtatis crimine eſſe retinendum. *Item l. pateant 3.C.eod.* Pateant (inquiunt Theodoſius, & Valentinianus Impp.) ſummi Dei templa timentibus, nec ſola altaria & oratorium templi circumie- 1.

ctum, qui Eccleſias quadripartito parietum ſeptu concludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita: ſed vſq; ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus aram ſalutis eſſe pręcipimus, vt inter templum, quod parietum deſcripſimus cinctu, & poſt loca publica & ianuas primas Eccleſiæ, quicquid fuerit interiacens, ſiue in cellulis, ſiue in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quiſquam ſacrilegas manus inijcere, ne qui hoc auſus ſit, cū diſcrimen ſuum videat ad expetēdam opem, ipſi quoq; confugiant. Hanc autem ſpatij latitudinem ideò indulgemus, ne in ipſo Dei templo & Sacroſanctis altaribus cōfugientium quenquam mane vel veſpere cubare, vel pernoctare liceat: ipſis hoc clericis religionis cauſa vetantibus, ipſos, qui cōfugiunt, pietatis ratione ſeruantibus. *Item l.2. C. de crimine Sacrilegij.* Qui confugientem (*inquit*) ad ſanctam Eccleſiam ſua autoritate abſtraxerit, verberatus, & tonſus deportator, *Nou.37. Qui ad Carthaginenſem Eccleſiam confugerit, inquit*, Is impunitatem habeto, niſi homicidum, aut raptum virginis, aut vim in Chriſtianum admiſerit. Et latius, quibus non proficiat ius Aſyli, vide Nouellam 17.c.7.

Quibus non proficiat ius aſyli.

3\. An cum armis liceat templum ingredi.

Cęterum nota elegantem text. in *d.l.*3.§.1. contra magnates & quarundam irrationabilem regionum cōſuetudinem, quo armati Eccleſias ingrediuntur, vbi nulla hoſtilis apparet neceſsitas. Hoc valdè probibent Imperatores Theodoſ. & Valent. *in d.l.* 3.§.1. Arma, *inquit*, in quouis, telo, ferro, vel ſpecie eos, qui confugiunt, minimè intra Eccleſias habere præcipimus, quæ non modo à ſummi Dei templis ac diuinis altaribus prohibentur, ſed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus. &

Digitized by Google

bus. *& in* §.3. Hos autem, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, præmonemus, dein ſi telis cincti quouis Eccleſiæ loco, vel ad templi ſepta, vel circa, vel extra ſint, ſtatim eos, vt arma deponant, autoritate Epiſcopi à ſolis Clericis, ſeuerius conueniri præcipimus, data eis fiducia, quòd religionis nomine melius, quam armorum præſidio muniantur.

Melius quis religionis nomine, quam armorum preſidio munitur.

CAP. XCV.

DE FVNDATIONE, PRIMA conſecratione, ac auſpicio ædificandarum Eccleſiarum

SI quando venerabile monaſterium, vel Eccleſia ædificanda, non prius licet hoc facere, quàm Deo amabilis Epiſcopus aduocetur, vt ille manus extendat, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum (quod adorandum eſt & honorandum) ibique publicum proceſſum faciens: ſicque principium piæ venerabilium monaſteriorum atque templorum fabricæ faciendum eſt.

Ita textus *in Nouell.* 5. *de Monachis cap.* 1. *& melior textus eſt in Nouell. Conſt.*67. *vt nullus fabricet Oratorij domus, & c.c.*1. Sancimus, *inquit*, præ omnibus illud fieri, & nulli licentiam eſſe, neque monaſterium, neque Eccleſiam, neque Orationis domum incipere ædificare, antequam ciuitatis Deo amabilis Epiſcopus in loco faciat & crucem figat, publicum proceſſum ibi faciens, & cauſam manifeſtam omnibus ſtatuens.

Multi

Hæretici nō ædificant Eccleſias ſed ſpeluncas:

Multi enim ſimulantes fabricare quaſi Orationis domos, ſuis obſequuntur affectibus, & morbis animi; non vt orthodoxarum Eccleſiarum ædificatores ſint; ſed ſpeluncarum illicitarum. *Adde Nouellam* 123.*cap*.33.*&* *Nouell*.131.*c*.7. Si quis autem voluerit fabricare venerabile Oratorium, aut monaſterium, præcipimus non aliter inchoandam fabricam, niſi locorum Sanctiſsimus Epiſcopus Orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem. Si verò ſemel cœperit, aut nouam ædificare baſilicam, aut veterem renouare; modis omnibus compellatur à beatiſsimo locorum Epiſcopo, & Oeconomis eius, & ciuili Iudice, eam explere, & ſi is diſtulerit, hoc moriente hæredes eius opus inchoatum adimpleant.

Hæreticis interdictū habere Epiſcopos.

Ergo ſectarij, cùm neque Epiſcopos habeant, qui locum conſecrent (Hæreticis enim Epiſcopos habere prohibemus, aiunt Valent. & Martianus Imperatores *in l.quicunq́*, 8. *§. idcirco* 2.*C. de hæretic.&* *Manichæis*.) neque proceſsionibus aut ſigno crucis vtantur, quomodo Iure Eccleſiam ædificabunt? Confer §. *Sacra* 9. *Inſtitut. de rerum diuiſ.* vbi ait textus, quod ſacræ res ſint, quæ ritè per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ & donaria, quæ ritè ad monaſterium Dei dedicata ſunt, &c. *Et paulo poſt*: Si quis autem autoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Attamen quoniam neque Dei cogitant timorem, neque interminatas ipſis pœnas ex legum ſeueritate conſiderant, Diaboli opus implent, ſimpliciumque animos ſeducunt, ideoque adulteras collectas & adultera baptiſmata latenter faciunt.

Sacræ res quæ?

Nouell.132. nec non ſpeluncas ſuæ incredulitatis ædificant, *dict*.*Nouell*. 131.*c*.14.

Digitized by Google

Cap. XCVI.

De Maioribus, quare tot Eccleſias ac monaſteria extruxerint.

MAiores noſtri non comparandi nominis gratia, ſed amore Dei tot Eccleſias, tot monaſteria, tanto cum fidei ardore, tam immenſis fundarunt ac ædificarunt ſumptibus, 1. vt ſaluti propriæ, 2. & communis reip. conſulerent, 3. vt in iis fidei noſtræ inſtituta perdurarent *ſecundum l. ſi quis* 10. C. *de hæret.* 4. nos miſeri peccatores veniam peccatorum peteremus. Nouell. 117. *vt liceat matri & auiæ c.* 15. §. 1. 5. Sacræ Liturgiæ (id eſt miſſę) fierent. 6. & vt à miniſtrantibus ſiue ſupplicantibus piis clericis, monachis atque monialibus Deus coleretur. *l. omnem adhibentes* 42. *§. præterea.* 10. C. *de Epiſcop. & clericis.* Nam qui conſtituerunt, vel fundarunt ſanctiſsimas Eccleſias pro ſua ſalute & cōmunis reipublicæ, reliquerunt illis ſubſtantias, vt per eas debeant ſacræ Liturgiæ fieri, & vt in illis à miniſtrantibus piis clericis Deus colatur, &c. *& textus in l. inter claras* 8. C. *de ſumma Trinitat. & in l. omnes qui* 33. *in princip.* C. *de Epiſcop. & cleric. l non diſtinguemus* §. *compromiſſo. d. de arbit. & in* Nouell. *Conſtit.* 137. *de ordinat. Epiſcop. c.* 1. *in fin. princ.* Nouella *Conſt. Quomod. oporteat Monachos* 133. *& c. cap.* 5. Si enim, ait, illi (religioſi) puris manibus & nudis animabus pro republica ſupplicent Deo, manifeſtum eſt, quod & exercitus habebunt benè, & ciuitates benè diſponentur: Deo quoque placato & propitio exiſtente, quomodo non vniuerſa plena totius pacis & deuotionis? ſed & terra nobis feret fructus, & mare, quæ ſua ſunt, dabit, illorum deuotione

Religioſi nō debent congregare diuitias, quia habent ſubſtantias ſuas ab Eccleſiis.

De efficacia precum religioſorum.

Digitized by Google

tione propitionem Dei ad omnem rempublicam deducente. Sed & ipſum commune ſchema hominum reuerentius erit, & viuet melius, illorum erubeſcens perdurationem, &c. *Adde text. in l. certiſsimè 34 C. de Epiſcop. audient.* Certiſsimè, *inquit*, credimus, quia ſacerdotum puritas, & decus, & ad Dominum Deum, & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum feruor, & ab ipſis miſſæ perpetuæ preces multum fauorem noſtræ reipublicæ, & incrementum præbēt, per quas datur nobis & barbaros ſubiugare, & in dominium redigere illos, quæ antea non obtinuimus, & quanto plus rebus illorum accedat honeſtatis & decoris, tantò magis & noſtram rempublicam augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honeſtam, & irreprehenſibilem, & reliquum populum inſtruxerint, vt hic ad illorum honeſtatem reſpiciens multis peccatis abſtineat: planum eſt, quod inde & *animæ omnibus meliores* erunt, & facilè nobis tribuetur à maximo Deo & Saluatore noſtro IESV CHRISTO clementia conueniens. *Et §. ſancimus 3. ait*: Decet ipſos ieiuniis, & vigiliis, & meditationibus, ſeu exercitationibus in diuinis oraculis, & pro omnium ſalute fundendis vacare precibus. Sectarij ſane pro ſacris Liturgiis, ac miniſtrātibus piis clericis atque monachis Eccleſias non ædificant, exiſtimantes illorum preces æquè Deo acceptabiles & proficuas ac religioſorum. Nota tamen quod Iuſtinianus conqueritur Nouell. 67. plurimos nominis cauſa ſolere ad extructionem ſanctarum Eccleſiarum appellere, deinde eas ædificantes nequaquam curam ponere, vt expenſas eis ponant decentes, & ad luminaria, & ad obſeruantium alimenta & ad ſacra miniſteria.

Religioſorū preces perpetuæ.

Reſpublica augetur ex honeſtate ac decore religioſorum.

Qua verò forma Eccleſiæ olim ædificari ſint ſolitæ *vide l. pateant 3. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

De formà Eccleſiæ ædificanda.

CAP.

Digitized by Google

Cap. XCVII.

IN ÆDIFICATIONE EC-cleſiarum quid conſiderandum.

QVid in Eccleſiarum ædificatione ſit conſiderandum, *vide Nouell.3. vt determinat. ſit num. cleric. in princ. §. inueſtigantes.* Inueſtigantes, *inquit*, illud vndique inuenimus, quoniam ſinguli horum qui ſanctiſsimas Eccleſias ædificauerunt, in hac feliciſsima ciuitate non pro ædificio ſolummodo cogitauerunt, ſed etiam vt expenſas ſufficientes darent à ſe factis venerabilibus domibus, & determinarent, quantos quidem competens eſſet presbyteros per vnamquamque Eccleſiam, quantoſque Diaconos maſculos atque fœminas, & quantos ſubdiaconos & rurſus cantores atque lectores, & oſtiarios conſtitui, & ſuper hæc etiam oratorij expenſas definierunt & reditus proprios dederunt ſufficientes illis, quæ à ſe conſtituta ſunt: Si quis autem adiecerit multitudinem, nequaquam amplius penitus extendi valentes. Et quidem permanſerunt vſque ad multum tempus talia conſeruata: Et donec hoc fuit, durauerunt ſanctiſsimarum Eccleſiarum domibus, quæ ſufficerent. Cùm verò Deo amabiles Epiſcopi ad aliquorum preçes ſemper reſpicientes, protracti ſunt ad ordinationum multitudinem: Aucta quidem eſt expenſarum quantitas ad immenſitatem multam, Creditores autem vndique & vſuræ, & nouiſsimè neq; creditores inueniuntur propter incredulitatē iam cauſæ: ſed alienationes cum neceſsitate & contra leges, & cauſæ inde-

Ordinationum multitudo damnatur.

Digitized by Google

indecentes,& neque propria dignitate temperatæ: vt ex hac nimietate neque prædia, neque ſuburbana ſufficerent hypothecis & pignoribus, neque creditores propter hoc inuenirentur; ſed ad inopiam deſcenderent nouiſsimam, & nec ipſis miniſtris emolumentum dare ſufficerent: ſed ad viam omnium infeliciſsimam cauſa deſcenderet, quatenus rerum omnium creditoribus cederet: quod etiam dicere piget nos: & quemadmodum non fiat prouidemus. Nam ſi non aliquis ferret libenter eum, qui vltra ſubſtantiam ſuam expendit, quomodo non & de his nobis eſt cogitandum? Non enim oportet ad menſuram expenſarum quærere, etiam poſſeſsiones (hoc enim ſimul ad auaritiam, impietatemque perducit) ſed ex iis, quæ ſunt, expenſas metiri. Quapropter competenter etiam ſancimus,& immenſitatem excludimus, certæ medicinæ cauſam tradentes. *& textus in Nouell. 67. cap. 2.* Deinde, *inquit*, non aliter quempiam Eccleſiam ex nouo ædificare, priuſquam loquatur ad Deo amabilem Epiſcopum & definiat menſuram, quam deputat, & ad luminaria (quæ hodie paſsim retinentur à Catholicis, ſed reijciuntur à Caluiniſtis & pleriſque Lutheranis) & ad ſacrum miniſteriũ, & ad incorrumpendæ domus cuſtodiam, & obſeruantium alimenta, & ſi ſufficienter habere videtur, faciat prius donationem eorum, quæ futura ſunt, deputari: Et ita domus ædificetur, ſi autem non ſufficiat quidem, aliquis ad hoc nomen forte deſiderans, quo & ipſe fabricator Eccleſiæ vocetur; & vult aliquid tale facere (multæ enim & in hac regia ciuitate, & in prouinciis Eccleſiæ ſunt, in quibus competenti quidem adminiſtrantur modo, periculum vero ruinæ patiuntur, per vetuſtatem, aut etiam paruæ conſtitutæ ſunt & ordinatæ ſecundum deſiderium eorum, qui in iis deputati ſunt)

Vltra ſubſtantiam expenſæ nõ faciendæ.

ſunt:) licebit ei vnã talium Eccleſiarum accipienti hanc ædificare: & hic voluntate Deo amabilis orthodoxorum Epiſcopi res agenda eſt. Sic enim poterit & ſacræ domus fabricator vocari, & nihil de ſuo ſuperexpendere; deputatis iam circa hoc expenſis oblatis ab eis, qui etiam prius has expẽſas debant. *& textus in* Nouell.123. c. 8. Si quis,*ait*, oratorij domum fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare, aut ipſe, aut eius hæredes: Si expenſas ipſis clericis miniſtrant, & dignos denominant, denominatos ordinari. Si verò, qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent ſacræ regulæ ordinari: tunc ſanctiſsimus Epiſcopus quoſcunque putauerit meliores, ordinari procuret. Sancimus autem reuerendiſsimos clericos ſuis Eccleſiis obſecundare, & omne eis competens Eccleſiaſticum miniſterium adimplere: hoc requirente vniuſcuiuſque ciuitatis ſanctiſsimo Epiſcopo, & cuiuſcumque ordinis Eccleſiaſtici primatibus, eos, qui hoc non cuſtodiunt, regulari mulctæ ſubdentibus.

CAP. XCVIII.

DE SACROSANCTIS ALtaribus, & Sacroſancta communione.

HInc in Catholicis Eccleſiis Sacroſancta altaria, (*a*) in quibus ſacrum altaris ſacrificium exhibetur, & Sacroſancta traditur communio. *(b)*

(a) Imperatores Leo & Anthemius *in l. ſi quenquam* 31. *C. de Epiſcop. & cleric.* Ceſſet, *inquiunt*, altari-

taribus imminere profanus ardor auaritiæ, &c.

Lex Sanctiſſima.

Quæ lex ſanè tota ſanctiſsima eſt, & omnibus Eccleſiarum valuis aureis literis meritò inſerenda. Et ijdem Imperatores *in l. omnes, qui 33. Cod. eodem.* Theodoſ. & Valentinian. *in l. pateant ſummi 3. per tot. & l. ſi ſeruus 4. Cod. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, &c. & paßim.*

Sectarij altaria diffringunt, ligna comburunt, adeoque eis menſas, ſicut ſacerdotibus miniſtros ſubſtituunt.

(b) Siue Euchariſtia *Nouell. de non alienand. aut permutand. rebus Eccleſ. c. 11. verb.* in quibus (monaſteriis) & altare collocatum eſt, & ſacrum exhibitum miniſterium, quale moris eſt, in ſanctiſsimis Eccleſiis celebrari, ſacris quippe lectis ſcripturis, *& Sacroſancta & ineffabili communione tradita.*

De hac Sacroſancta communione loquitur etiam Iuſtinianus *in l. ſanctiſsimarum 44. C. de Epiſcop. & cleric.* Neceſſariis, *inquit*, reſponſis apud ſe degentium ſeparatim mulierum, vnum ſenem à Deo amantiſsimo Epiſcopo ciuitatis ſegregari, ad diuinas verò peragendas Liturgias & ſancta communione participandas vnum presbyterum & vnum Diaconum honeſtæ vitæ dari, &c. *& Nouell. Conſtitut. 137. de ordinat. Epiſcop. c. 2. § enunciari.* Enunciari etiam ab ipſo & ſanctam oblationis formulam, quæ in ſancta communione fit, & eam, quæ fit in baptiſmate precationem, & reliquas deprecationes, &c. *& text. in Nouell. 123. de ſanctiß. Epiſcop. c. 11.* Omnibus, *inquit*, Epiſcopis & presbyteris interdicimus ſegregare aliquem *à ſacra communione*, antequam cauſa monſtretur, propter quam ſanctæ regulæ hoc fieri iubent, &c. *& in Nouell. 109. in princ.* Igitur, *inquit*, ſacram communionem in Catholica Eccleſia non percipientes à Deo amabilibus ſacerdotibus hæreticos iuſtè vocamus: Nam licet

Oblatio Euchariſtica.

Qui ſint hæretici iuſte vocandi.

licet nomen Chriſtianorum ſibimet impoſuerint, attamen à Chriſtianorum ſe fide & communione ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcẽtes. *& c.*1. Priuilegia illis damus ſolis, quatenus his vtantur & fruantur, & quæ diligentiam habent rectam & adorandam noſtram fidem tenere (***Catholica dicimus & Apoſtolicæ Eccleſiæ:***) & participare in eius ſalutari communione: Quæ enim ſeparant ſe à Sancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & Sacroſanctam in ea communionem percipere non patiuntur à Deo amabilibus ſacerdotibus, nolumus omninò talibus frui priuilegiis. Si enim ſe ſeparant à Dei muneribus, ***& à ſacra communione*** alienas faciunt, multò potius & nos non eas dignas fieri priuilegiis, neque ex noſtris legibus frui permittimus continentia. Sed ſint eis inaggreſsibilia omninò ex Legibus beneficia; & omni priuilegio ex noſtris Conſtitutionibus eis dato priuabuntur. ***Et c.***2. Vnde competens eſt, & Iudices, apud quos aliquæ contra mulieres mouebuntur cauſæ, aut à mulieribus quædam priuilegia ſibi vindicare volentibus reſpicere ad præſentis noſtræ legis ſubtilitatem, & ſi non inuenerint eas Orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipientes Sacroſanctam, & adorabilem communionem in ſanctiſsima Catholica Eccleſia, & Apoſtolica, à venerandiſsimis eius ſacerdotibus, non permittere frui ex noſtris Conſtitutionibus priuilegiis. ***Et paſsim.***

Hæretici ſe à Catholicorum cõmunione ſeparant.

Sacroſancta & adorabilis communio percipitur in Catholica Eccleſia.

Putaſne hanc eſſe figuratam illam communionem, quam nobis hodie obtrudunt Caluiniani? Nequaquam: Neque enim hæc Sacroſancta dici meretur (vtpote quæ magis prophana ſit, quam ſacra, & contra clara Chriſti verba, à fide Chriſtianorum omninò diſcrepet:) Igitur legi Chriſtianæ eam eſſe contrariam certum eſt, ***ſecundum L. cœlicolarum*** 12. ***in fin. C. de Iudæis,*** quin imò eſt illa, de qua

An Iuſtinianus loquatur de figurata Caluinianorũ communione?

loquitur Synodus Nicæna *in actis*, & Epheſina *in Epiſt. ad Neſtorium.* (quarum dogmata pro lege & ſacra Scriptura accipit Iuſtinianus *in Nouell.* 131. *c.* 1. *& paſsim.*) & alij Eccleſiæ atque iure laudati ſancti Patres, vtpote S. Baſilius, Athanaſius, Cyrillus, qui docent Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum non ſpiritualem, ſed veram carnem aſſumpſiſſe, vereque eſſe filium Dei incarnatum, quod in Euchariſtia non alterius hominis, ſed filij Dei veram carnem manducemus.

Cap. XCIX.

SACRAM COMMVNIONEM eſſe adorandam, & de communione panis ſub vna ſpecie.

HAEc autem Sacroſancta communio ſiue Euchariſtia extra vſum etiam adoranda, ſiue, *vt textus loquitur*, adorabilis eſt, & tempore Iuſtiniani ſub ſpecie panis vſitata.

Textus in Nouell. Conſtit. 109. *De priuileg. dotis hæretic. mulier. non præſtand. in c.* 2. Vnde, *inquit*, competens eſt & Iudices, apud quos aliquæ mouebuntur contra mulieres cauſæ, aut à mulieribus quædam priuilegia ſibi vendicare volentibus, reſpicere ad præſentis noſtræ legis ſubtilitatem. Et ſi non inuenerint eas Orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipientes Sacroſanctam, & adorabilem communionem in ſanctiſsima Eccleſia & Apoſtolica à venerandiſsimis eius ſacerdotibus, non permittere frui ex noſtris Conſtitutionibus priuilegiis, &c.

Nam

Nam, vt ille ait: Nemo illam carnem manducat, niſi prius adorauerit. *Item Nouell. 123. c. 36.* Fœminis, *ait*, autem, quemcunq; ipſæ elegerint, ſiue Presbyterum, ſiue Diaconum ad faciendum eis reſpõſum, aut ſanctam eis communionem portandam, ſanctiſsimus Epiſcopus, ſub quo ſunt, deputet, quẽ rectæ fidei & vitæ bonæ eſſe cognouerit, &c. 2. Vnde apparet, olim ſacram hanc communionem aliquando deportatam fuiſſe, nimirum ad abſentes ægrotos, quod ſæpius factum fuiſſe teſtantur paſſim ſancti Patres. Si communio cum deferebatur ad abſentes, commeruit ſancta, ſacra, & adorabilis dici, quomodo manducatio, aut potatió neceſſaria fuit? Igitur conſtat Iure ciuili, etiam extra ſumptionem corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe, adeoq; adorandum. Ratio, quia cum credamus Chriſtum ſecundum ſubſtantiam ſuam eſſe in Euchariſtia, cur adeò eſſemus ſtupidi, vt non adoraremus? *l. cum Saluatorem §. 2. in fin. C. de ſumma Trinit.* 2. Contra Lutheranos.

3. Item nota ex *d. Nou. 123. c. 36.* communionem ſub ſpecie panis vſitatam fuiſſe tempore Iuſtiniani, cum text. loquatur de delatione cõmunionis. Quis enim credat ſanguinem Chriſti ſub ſpecie vini à fidelibus perlatum eſſe in manibus, calice, arca vel linteolo? Sanè Chriſti ſanguis euidenti ac manifeſto effuſionis periculo ſemper fuiſſet ſubiectus. Quare corpus Chriſti ſic portari potuit, non ſanguis. Imò D. Athanaſ. *l. quicunq. 8. in princ. C. de hæretic. & Manich.* diſertè ait *Apolog. 2. contra Arianos*, nullum calicem aut poculum myſticum alibi reperiri potuiſſe, niſi in Eccleſia. Quomodo ergo in domibus laicorum aſſeruari potuiſſet ſanguis Chriſti ſine poculo aut calice?

4. Pœna à cõmunione arcẽ. Ab hac ſacra cõmunione, non à cõmunione Caluiniſtarũ, qui carnẽ & ſanguinẽ Chriſti è Sacramẽto tollũt & tota hęreditate diſsipata, pręter nudas

Digitized by Google

ſic cohærent, vt non poſsit eſſe altare niſi propter ſacrificium (*Coſterus*) *& textus in* Nouell. *Conſt.* 123. *Quomod. oporteat monachos viuere, &c. c.* 2. *vbi ait*, quod monachi tempore Sacri miniſterij debeant venire cum Abbatibus, ſuiſque Prioribus, & Senibus, Sacrificioque completo omnes rurſum ad cœnobium reuerti, ibique ſedere, & magnum Deum honorare, & ſacris Scripturis incumbere. ***Et textus in Nouell.*** 137. ***c.*** 1. vbi ait Imperator ex Gregorio Nazianzeno, quem Græci vocant Theologum, quod veri cultus Antiſtes, id eſt, ſacerdos cum Angelis ſtet (*in altari*) & cum Archangelis laudes canat, & Chriſto conſacrificet, id eſt, Chriſti ſacrificium repræſentet, &c. vt non obſcurè intelligamus ſacerdoti ſacrificanti angelos aſtare, & hunc cum Archangelis laudes canere. ***Et Nouell.*** 3. ***vt determinat ſit numer. cler. ſanct. maior. Eccleſ. c.*** 1. Non enim, ***inquit***, ſufficient tantis Eccleſiis pauci conſiſtentes, quoniam quidem non proprios clericos, neque vna quidem harum trium habeat baſilicarum, ſed communes ſunt & ſanctiſsimæ maioris Eccleſiæ, & earum, & omnes circumeuntes ***ſecundum quendam ordinem***. Et circum ***miniſteria*** in iis celebrant, vel, ***vt vertit Haloand. ſacra in iis officia celebrant***. textus in Nouell. 123. ***de Eccleſiaſt. diuerſ. cap. in princ. Apud Haloand.*** vbi ait, quoſdam clericos, vel monachos ac nonnullos Epiſcopos, ne ipſas quidem ***ſacræ oblationis*** preces ſcire. Et eſt ſimilis textus in Nouell. 137. ***princ. de ordin. Epiſcoporum & clericor. & textus in l. ſi quis*** 10. ***C. de Epiſcop. & cleric.*** vbi capitaliter punitur iniuria illata ipſi cultui diuino, quod de ***ſacrificio miſſæ*** eſt intelligendum ſecundum DD. ibidem. ***Nouell.*** 123. ***cap.*** 31. ***& in auth. ſed nouo Iure C. eod.*** Sed ſi ſacra miniſteria (***miſſam***) turbauerit, vel ***Celebrare*** prohibuerit, capite puniatur, ***inquit***, quod benè notate vos ſectariorum

Sacrificanti angeli aſtāt, & cum iis laudes canit.

Prohibens celebrare miſſam capite puniatur.

riorum

Digitized by Google

ctariorum primates. *Adde l. omnem adhibentes 42 §. conuenit. 1 C. de Epiſcop & cleric.* Etenim vix fieri poteſt, *inquit*, vt vacans huius quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne ſtudium, omnemque cogitationem *circa diuinam Liturgiam*, & res Eccleſiaſticas conſumat. *& in §. 10. inquit.* Nam qui conſtituerunt, & fundarunt ſanctiſsimas Eccleſias, pro ſua ſalute & communis Reip. reliquerunt illis ſubſtantias, vt per eas debeant *Sacræ liturgiæ* (quas nos Miſſas dicimus, *vel ipſo Duareno IC teſte in lib 1. de ſacris Eccleſ. miniſtr. ac beneſ cap. 20 Gothof. in dict Nouell. 7. c. 11.*) fieri, & vt in illis miniſtrantibus pijs clericis Deus colatur, &c. *l. omnem ſemper 43. princ. C. eodem.* Omnem ſemper adhibentes, *inquit*, prouidētiam circa ſanctiſsimas Eccleſias, per quas & noſtrum Imperium ſuſtineri, & communes res clementiſsimi Dei gratia muniri credimus, nec non & noſtras, & cęterorum omnium animas ſtudentes ſaluari, & eam ob rem ſolliciti aſsiduè, ne commoda ſanctiſsimarum Eccleſiarum, in quacunque ciuitate ſint conſtitutæ, aliqua ratione minuantur, neue quæ in ipſis fiunt, *diuinæ Liturgiæ* ex Deo amantiſsimorum ſacerdotum abſentia impediantur, aut non conuenienter curentur, &c. *& textus in l. ſanctiſsimarum 44. verſ Neceſſariis Cod. eodem.* Neceſſariis autem, *inquit*, reſponſis apud ſe degentium ſeparatim mulierum, vnum ſenem à Deo amantiſsimo Epiſcopo ciuitatis ſegregari, ad *diuinas verò peragendas Liturgias*, & ſancta communione participandas vnum presbyterum, & vnum diaconum honeſtæ vitæ dari (*hinc etiam conſtat, non niſi presbyteros Liturgias peragere.*) qui hæc ſola ſupradicta agere debeant, non etiam conueſci, & conuerſari, aut cohabitare cum ipſis, &c.

Liturgiæ à presbyteris peragendæ.

Nouell. 57. Vt clerici, qui recedunt, &c. cap. 2. in verb.

verb. Vt non profanentur ſancta Dei (miſſa) ſed intacta hæc & ineffabilia, tremendaque conſtituta, ſanctè & Deo amabiliter, & venerandè tractari. Item textus *in Nouell. 67. Vt nullus fabricet oratorij domus, præter voluntatem Epiſcopi in princ. & cap. 2. & eleganter in Nouell. conſtitut. 137. De ordinat. Epiſcop cap. 2. §. enunciari. & cap. 6.* vbi præcipitur diuinam oblationem, id eſt, (miſſam) alta voce legendam eſſe. *vide Nouellam Leonis* 4. vbi ſatis innuit veteribus ſacrificia & orationes pro defunctis fuiſſe vſitatiſsimas. Item Iuſtinianus in Nouell. Conſtitut. 7. *apud Iulian. Patricium veterem interpretem §. Nemini liceat,* diſertè exprimit verbum, Miſſa: Nemini liceat, *inquit* inpoſterum cuiuſcunque monaſterij impiam venditionem, vel donationem, vel permutationem contrahere, vbi & altare collocatum eſt, & *Sacra miſſa* facta, &c. *Et poſtea:* Nam ſi tale aliquid admiſſum fuerit, refutari oportet, vt iterum in ſanctiſsimo monaſterio ſacra procedat miſſa, Item apud eundem Iulianum in Nouell. Iuſtiniani. *Si quis in domo ſua Orat. habuer. &c.* Si quis, *inquit,* in domo ſua Oratorium habuerit, non audeat in eo ſacram facere Miſſam, niſi Clericos Catholicæ fidei habuerit deputatos, ex Iuſsione religioſiſsimi Epiſcopi illius ciuitatis, &c. *Et poſtea:* Nulla autem inuidia eſt, vnumquemque Chriſtianum in propriis ædibus Oratorium habere, & in his orare, & pſallere ſine Clericis, ſed ſacram miſſam non faciat.

Nō fit miſſa in priuatis ædibus, niſi de conſenſu ſuperiorum.

Item bonus textus *in Nouell. 137. c. 1. verſ.* Illud quoque, &c. ex quo intelligitur, miſſam ſacrificium eſſe propitiatorium.

Miſſa ſacrificium eſt propitiatorium.

Quibus adde: D. Fabianus ſanciuit, ne Preſbyter illiteratus miſſam audeat celebrare, *in Epiſtol. 3.*

Digitized by Google

Item Gregorius Nazianzenus Conſtantinopoli miſſam celebrauit in ſacello : *Hiſtoria Tripartita lib.9.c.8.*

Damaſus Pontifex mandauit, vt in principio miſſæ confeſsio diceretur(*teſte Platina in eius vita*) vt hodiè fit.

*Nouell. Conſtit.58.vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant, per tot. vbi vide latè textum elegantiſſimum, & Nouell. Conſtit.131. De Eccleſiaſticis titulis cap.*8. quibus iuribus apertè inſinuatur, non licere Sacrum Miſſæ officium peragere niſi in Eccleſiis, licet aliquis domi orare poſsit , alias domus confiſcatur, *l.quicunque* 8 *§. vniuerſi* 3. *C.de hæretic. &c.* Hæretici prætenſa ſua miniſteria in proaſtris, domibus, fundis, vel priuatis locis celebrare non erubeſcunt, ſed cum non habeant ſacrificium altaris, & ab Epiſcopis conſecrata ad hoc loca, niſi Catholicorum, non habent, quod ſibi ab his Conſtitutionibus metuant.

Miſſa vbi celebranda.

CAP. CI.

DE CRIMINE SACRILEGII, vel his, qui ſacra miniſteria & ſacerdotes perturbant.

QVod ſi quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in Eccleſias Catholicas irruens ſacerdotibus, & miniſtris, vel ipſi cultui diuino locoque aliquid iniuriæ inferat, verberandus aut in exilium mittendus erit, (*a*) ſed ſi ſacra miniſteria turbauerit, vel celebrare prohibuerit, capite puniatur.(*b*)

(*a*) Id.

Digitized by Google

(*a*) Idque iure nouo, *vt eſt textus in auth. ſed nouo Iure C.de Epiſc.& cler.*Nouell. 123. *de ſanctiſsimis Epiſcop. c.*31. Nam olim eiuſmodi iniuria capitali ſententia vindicabatur, *vt l.ſi quis* 10.*C.de Epiſcop. & cler.*vbi permittit quoque,vt hæc Eccleſiæ ſacerdotibus aut miniſtris facta iniuria à quouis, tanquam publicum crimen, in iudicium deducatur: Sitque cunctis laudabile, *ait*, factas atroces ſacerdotibus, aut miniſtris iniurias veluti crimen publicum perſequi, ac de talibus reis vltionem mereri. *Et vlterius*: Quod ſi multitudo violenta à ciuilis apparitoris executione & adminiculo ordinum vel ordinatorum poſſeſſorumue non poterit flagitari, quod ſe armis aut locorum difficultate tueatur, præſides prouinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito competentem vindictam tali exceſſui imponere non morentur. Quo pertinet *l.omnes* 33. *§.præterea* 6.*Cod.eod.* Præterea, *inquit*, nullus executor vexare contumeliis clericos vllos, nullis impulſionibus moleſtare, nullis exprobrare conuitiis, aut corporalibus injuriis fatigare conetur; his qui eiuſmodi aliquid aggreſsi fuerint, poſt amiſsionem cinguli & patrimonij vltima protinus animaduerſione plectendis.

Olim ſacerdoti vel miniſtro illata iniuria capitali ſententia vindicabatur.

Meritò autem Epiſcopi & ſacerdotes honorandi, eiſque nihil iniuriæ inferendum: Sunt enim ſpirituales noſtrum omnium patres. *Nouell.* 81. *c.*3.*& l.omnem adhibentes* 42.*§.conuenit*.1. *C. de Epiſcop. & cler.vbi elegans textus, Confer l.parentes* 6.*D.de in ius vocand.* qui pro nobis & pro tota Chriſtiana republica Deo ſupplicant, *Nouell.*133.*cap.*5.*in fin.* *Nouell.*137.*in fin.princ.*

Epiſcopi ac ſacerdotes ſpirituales noſtrum omnium patres.

(*b*) *Dict.auth.ſed nouo Iure*, vbi ait: Idem eſſe & in Litaniis: Nam pro tali iniuria verberatus exilio tradatur, ſi eas concuſſerit, capite plectatur. Laicis

facere

Digitized by Google

na:quia & corporalia ſupplicia ſuſtinebunt,& exilio tradentur, &c. Ratio, quia æquum eſt, vt immaniſsima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat,inquiunt Imperatores Valentinian. & Martianus *in l.quicunq́ 8 §.nulli inſuper, in fin. C. de hæretic.* Item Impp. Theodoſ. Arcad. & Honor. inquiunt *in l.mima 4.C.de Epiſcop.audient.* Mimæ & quæ ludibrio corporis ſui quæſtum faciunt, publicè habitu earum virginum,quę Deo dedicatę ſunt, non vtantur,& paſsim inuenies in C.Theodoſiano C. de Scenicis.

CAP. CII.

DE ECCLESIARVM CHOris,nec non horis canonicis.

HAbent Sacroſanctæ Eccleſiæ ſuos choros(*a*) in quibus religioſi pſallunt nocturna, matutina, & veſpertina. (*b*)

(*a*) *L.nemo Apoſtol.2. Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.* vbi ſecundum vnum intellectum homines ſeculares in choro ſedere non debent. Nemo, *inquit*, Apoſtolorum,vel Martyrum ſedem (chorum) humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam. 1.

Quidam tamen intelligunt hanc legem quaſi, humana corpora non debeant ſepeliri cum corporibus ſanctorum Martyrum; vel humana corpora non debere ſepeliri in Eccleſiis; vel contractus non celebrandos in Eccleſiis, poſtremus hic intellectus nihil omninò conuenit literæ: duo priores iſto improbantur fundamento, quia

quia ſatis conſtat ſanctorum Martyrum corpora, vel reliquias non niſi in Eccleſiis, vel religioſis ædibus collocari debere. *l.decernimus.26.Cod.de Epiſcop. & cleric.* humana verò aliorum corpora, ne quidem in ciuitate ſepeliri *l.3.§.diuus Hadrianus 5. D.de ſepulch.viol.l.mortuorum,12. C.de religioſ.* licet poſtremum hoc corrigat *Nouell. Leonis* 53. Igitur lex de caſu non claro, ſed dubio potius intelligenda. Et ſi tu diceres tempore *d. l. 2.* extra Eccleſiam humana corpora in vrbe, puta in cœmiteriis ſepeliri potuiſſe, quemadmodum tenet ibid. Salycet. *& paßim alij per legem iſtam*, ſequeretur correctio *d.§.Diuus Hadrianus, & d.l.mortuorum* 12. quæ legum correctio tanquam odioſa omnino eſt vitanda, maximè quando ſumus in caſu dubio, vti hic, *per textum in Nouell* 89. *quib. mod. natur. efficiant. ſui.&c.c.7.vbi Gloſſ. & l. præcipimus in fin. C. de appellationib.* (*b*) *text. in l.omnem adhibentes* 42.§. *præterea* 10.*C.de Epiſcop. & cleric.* Præterea ſancimus, *inquit*, vt omnes clerici per ſingulas Eccleſias conſtituti per ſeipſos pſallant nocturna, matutina, & veſpertina; ne ex ſola Eccleſiaſticarum rerum conſumptione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implētes clerici circa Liturgiam (miſſam) Domini Dei: turpe enim eſt, pro ipſis ſcriptos, neceſsitate ipſis indicta pſallere. Si enim multi laicorum, vt ſuæ animæ conſulant, ad ſanctiſsimas Eccleſias confluentes, ſtudioſi circa pſalmodiam inueniuntur, quomodo indecens non fuerit clericos *ad id Ordinatos* non implere ſuum munus? Quapropter omnimodò clericos pſallere iubemus, & ipſos inquiri à Deo amantiſsimis pro tempore Epiſcopis, & duobus presbyteris in ſingulis Eccleſiis, & ab eo, qui vocatur, Archos, vel Exarchos, & ab Ecdico, ſiue defenſore, cuiuſque ſanctiſsimæ Eccleſiæ, & eos,

Clerici ad pſallendum ordinati.

NB.

& eos, qui inuenti non fuerint inculpatè in Liturgiis perſeuerantes, extra clerum conſtitui. Nam qui conſtituerunt, vel fundarunt ſanctiſsimas Eccleſias pro ſua ſalute & communis Reip. reliquerunt ipſis ſubſtantias, vt per eas debeant ſacræ liturgiæ fieri, & vt in illis miniſtrantibus piis clericis Deus colatur. 2. Hinc clare liquet clericos ad 2.
pſallendi munus in Eccleſiis fuiſſe ordinatos, qui per ſe ipſos in choris pſallebant nocturna, matutina, & veſpertina; vt & hodie quoque fit apud Catholicos, *Adde textum bonum in l. certiſsimè* 34. *§. & ſancimus* 3. *C. de Epiſcop. audient.* Idem enim etiam ſancimus, *inquit*, & in reliquos clericos, ſubdiaconos nempe & lectores, quando & ipſi ſacræ menſæ, & omnes circa ſanctiſsimas Eccleſias ornatus conſtituti ſunt miniſtri & operarij, & ſacra contrectantes eloquia: dum ſacras nobis, ex ſacris noſtris Bibliis, illi quidem legunt ſcripturas, hi vero hymnos & odas canunt, &c. *& l. ſi quis* 10. *C. de hæretic. verſ. nullis clericorum obſeruationibus celebrari, &c.* 3. Dicitur quoque Iuſtinianum Impera- 3.
torem Eccleſiæ ad pſallendum dediſſe id, quod canitur: vnigenitus filius & verbum Dei. *Eutr. 16. Vrſperg. in Iuſtinian.*

Pro hoc autem quotidiano pſallendi atque ſa- 4.
cris aſsiſtendi munere, clerici præter alios reditus ſuas quotidianas habent ſportulas, diſtributiones, *vulgo nominant, Præſentias*, quæ propriè à Latinis vocantur Diaria, quorum mentionem facit Iuſtinianus *in Nouell. 123. de ſanctiſsimis Epiſcop c. 30.* Sed Græcè: Nam quæ ibidem nuncupantur Emolumenta, Græci dicto in loco διάρια appellant, Iulianus beneficia ac Salaria nominat: vide Duarenum *lib. 7. de ſacr. Eccleſ. miniſt. c. 4.* vbi, quod ait hoc pſallendi munus olim inferiorum tantummodò clericorum fuiſſe, nec inter præcipua ac magis Ec-

Clericorum præſentiæ.

An olim pſallendi munus in-

cleſiæ

clesiæ neceſſaria officia habitum fuiſſe, non videtur de Iure ciuili probabile *per textum in dict. l omnem adhibentes* 42. §. 10. Licet tempore Gregorij Maximi (4. *Epiſt* 83) hoc eſt, aliquot annis poſt Iuſtinianum in Concilio quodam Romano grauiter vetitum ſit, ne vel ſacerdotes, vel Diaconi neglecto ſuo munere cantionibus vacarent. Id enim minorum eſſe ordinum, & ad iuniores pertinere, ſi credendum ſit *Balduino in Comment. ad Nouell. 3. vt determinat. ſit num. Cleric.*

Ferioribus clericis competierit tantum.

5. Quòd autem in choro à religioſis vocibus alternis pſalmi canuntur, videtur à Pontifice Damaſo, cuius mentionem facit *l cunctos 1. C. de ſumma Trinitate* inſtitutum: *teſte Vola. Sigeb. Pol. De inuent. 5. cap. 10. lib. 6. cap. 2.* Sunt tamen, qui hoc Ignatio, ſunt, qui Ambroſio, ſunt, qui Hieronymo aſsignãt. Item D. Hieronymus petijt à Damaſo Papa, ex poteſtate ſua mandaret, vt in Matutinis & Veſperis omnes Pſalmi, qui interdiu & noctu cantantur, terminarentur, *Gloria Patri, &c.*

6. Sectarij ad hoc pſallendi munus nolunt religioſos ordinari, ſed illud in Eccleſiis ſuis omnibus Laicis commune eſſe volunt, neque canunt nocturna, matutina vel veſpertina (quia Lutherus docet, Deum non placari murmure horarum Canonicarum, *lib. De piis Eccleſ. Cæremoniis.*) ſed habent alias quaſdam cantilenas, quas aiunt eſſe Pſalmos Dauidis, vel potius Lutheri, Caluini, aliorumque inconcinnorum Muſicorum, ac Pſalmiſtarum, idque non fit in choris, quibus dirutis non vtuntur, ſed extra in publico templo.

De hymnis Sectariorum.

7. Nota 1. cõclamationes in templis iure prohiberi, *textus in l. Denunciamus 5. C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt*: Denunciamus, *inquit*, Martianus Imperator, vobis omnibus, vt in Sacroſanctis Eccleſijs & in alijs quidem venerabilibus locis, in quibus cum

bus cum pace & quiete *Vota* competit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione: nemo ***conclamationibus*** vtatur, nemo moueat tumultum, aut impetum committat, vel conuenticula collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici vel cuiuſcunque loci colligere ac celebrare conetur. Deinde nota ſectariorum ſupplicationes fieri abſque ſacerdotibus: vnde non immeritò exclamat Iuſtinianus ***in Nouell.*** 123. ***cap.*** 31. Qualis litania, in qua ſacerdotes non inueniuntur, & ſolennes orationes faciunt?

8. De ſupplicationibus ſectariorum Iuſtiniani ſententia.

CAP. CIII.

DE ORATIONE.

POtius verò in Eccleſia, quàm alibi orandum eſt.

1\. Ita concludit Gloſſ. ***in Nouell.*** 117. ***vt liceat matri & auiæ, &c. §. His quoq́, per textum ibid.*** Quia verò ita comperiuntur aliqui impij, vt etiam in venerãdis domibus præſumant in talibus ſe miſcere ſceleribus, & ibi de peccatis tractare, vbi ***conſueuerũt*** Deum timentes peccatorum veniam poſtulare, licet quoq; alibi orare liceat, ***vt eſt text. in Nou.*** 58. ***vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant, &c.*** Sed ſiquidem domos, ***inquit***, ita ſimpliciter aliqui habere putant, oportere in ſacris ſuis, Orationis videlicet ſolius gratia, & nullo celebrando penitus horum, quæ ſacri ſunt myſterij: hoc eis permittimus. Inuidia enim nulla eſt, ſi volunt circa hæc habere habitacula quædam, & in ijs tanquã in ſacris orare, alijs aũt omnibus abſtinere, &c. 2. Ratio theſeos ſecundũ gloſſam, quia Eccleſia nõ claudit gremium redeuntibus ***l. inter claras*** 8. ***in fin. C. de ſumma Trinit.*** Poteſt quoq; alia dari ratio, quia in Eccleſijs

Q Dei

Dei eſt multitudo Angelorum & Archangelorum, præſertim iuxta altaria, *textus in* Nouell.137. *De ordinat.*Epiſcop.*& Cleric.c.*1.*verſ. & rurſus idem ſanctis connumeratus* Gregorius, &c. nec ſanè ingrata Deo communis Oratio, *textus in l.certiſſimè* 34.§.4. *C.de Epiſcop.* Imò ſacerdotes ad hoc potiſsimum ordinantur, vt ſuis precibus benignitatem humaniſsimi Dei rebus acquirant communibus, & vt pro populi tranſgreſsionibus & peccatis Deum propitiare ſtudeant.*l.omnem* 42.*princ.C.de Epiſcop. & Cleric.*Nouell.137.*c.*1. non vt tantum publicè cócionentur. Demum cuius efficaciæ & meriti ſint preces Eccleſiaſticorum,*vide Nouell.*133 *cap.*5.*l.certiſſimè* 34.*C.de Epiſcop.& Cleric.& paſſim.*vbi communis Oratio pro pœnitente deſideratur. Imò ad orandum vt plurimum adhortamur, licet Sectarij in Eccleſiis potius concionandum,quam orandum cenſeant *l.certiſſimè* 34.*§. & ſancimus neminem* 3.*C. de Epiſcop.audient.l.*1.*princ. Cod.de off.Præfect.Præt. Africæ l.omnem adhibentes* 42.§. *præterea* 10. *Cod.de Epiſcop.& Cleric.*Nouell.83. *vt Clerici apud proprios Epiſcop.&c.§.*1.*Nouell.*77. *vt non luxurientur contra*

De efficacià & meritis precum Eccleſiaſticarum.

3. *naturam in princ.* 3. *Et Conſtitut. de concept. Digeſtorum,* vbi Imperator manibus ad cœlum erectis æternum inuocat auxilium. *Et Nouell.*5.*cap.*1.*dicitur,* quòd Epiſcopus ſuper ædificatione monaſterij manus extendere debeat ad cœlum, & per orationem conſecrare Deo. Vnde apparet, tempore Iuſtiniani in precibus extenſionem manus ad cœlum vſitatiſsimam fuiſſe,quòd eſt contra ſectarios, qui orantes caput inſerunt pileo.

De modo orandi ſectariorum.

CAP.

CAP. CIV.

DE LATINIS ECCLEſiæ precibus.

IN latina Eccleſia ſolennes preces ab Eccleſiaſticis latinè decantantur, nec intereſt, laici intelligant necne.

Videtur tamen textus *in Nouell. Conſt.* 137. *De ordinat. Epiſcop. & Clericor. c.* 6. inſinuare preces Eccleſiaſticorum intelligi debere à laicis. Ad hæc, *inquit*, iubemus omnes Epiſcopos & Presbyteros non in ſecreto; ſed cum ea voce, quæ à fideliſsimo populo exaudiatur, diuinam oblationem & precationem, quæ fit in ſancto baptiſmate, facere, vt inde audientium animi in maiorem deuotionem, & Dei laudationem & benedictionem efferantur; Sic enim Diuinus Apoſtolus docet *in priore ad Corinthios Epiſtola c.* 14. *verſ.* 16. Cæterum, inquit, ſi ſolum benedicis Spiritu, is, qui idiotæ locum implet quomodo tuæ gratiarum actioni ſubijciet ſanctum illud Amen; ſiquidem, quid dicas, non nouit, tu autem pulchrè gratias agis, alius autem non ædificatur. Et rurſus in ea, quæ eſt ad Romanos (*cap.* 10. *verſ.* 10.) ſic dicit: Corde quidem creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Idcirco igitur conuenit, vt ea precatio, quæ in ſancta oblatione dicitur, & aliæ orationes, cum ea voce à Sanctiſsimis Presbyteris & Epiſcopis præferantur, Domino noſtro Ieſu Chriſto, Deo noſtro cum Patre & Spiritu ſancto, ſcituris religioſiſsimis ſacerdotibus, quòd ſi quid horum contempſerint, & horrendo Dei ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Iu-

1.

Amen ſanctum.

dicio rationem reddituri ſunt, & nos iſta cognoſcentes non relinquemus quieta & inulta. Ex his igitur videtur dicendum, in Eccleſijs idiomate tali vtendum, quod vulgus intelligat, quam ſententiam hodie tenent ſectarij communiter omnes.

2. Sed contraria ſententia iam olim recepta eſt à SS.Catholicorum Eccleſiis, præſertim in occidente, vbi hymni Eccleſiaſtici, nocturna, matutina & veſpertina, vt vocant, à religioſis ad hoc ſpecialiter ordinatis, *l. certiſsimè* 34. § 3. *ibi: hi vero hymnos & odas canunt, &c. C. de Epiſcop. audient.* canuntur latinè, idque congruere videtur Iuri ciuili. Patet, quod ideo literas ſcire teneantur, *Nouell.* 123. *c.* 12. *Nouell.* 6. *c.* 4. *Nouell.* 133. *c.* 2. nec hoc incumbit laicis. Facit, quod in *Nouell.* 137. *c.* 1. legitur, ſacerdotes ad orandum pro populo deſtinatos, vt hac oratione pro tranſgreſsionibus & delictis populi Deum propitiare poſsint: At non requiritur, vt populus iſtam orationem intelligat, &c.

3. Vnde nihil obſtat prædicta Iuſtiniani Nouella: Nam tantum loquitur ibidem de oratione, quæ fit, quando ſacra communio vel baptiſmus celebratur, & de ſimilibus orationibus (puta concionibus *Nouell.* 6. *c.* 4. *ibi: Orationes docentium: & ibi Gloſſ.*) quæ à ſacro clero ita fieri debent, vt à fidelisſimo populo exaudiantur. Nam ſuperius dixerat Imperator, ad ſe perlatum, etiam Epiſcopos quoſdam electos fuiſſe, qui ſacræ communionis ſeu oblationis, ſacri baptiſmatis & ſimiles orationes ignorarent. Ideoque vt huic morbo occurreret, vult ordinandum Epiſcopum, eas orationes prius recitare: Eo amplius, vt ſiue baptiſmus, ſiue communio celebretur, vtraque oratio palam, & audiente & intelligente populo recitetur, *eoq; refert integrum c.* 14. *epiſt.* 1. *ad Corinth. Ita ferè Gothofred. ibid.* Nihil igitur loquitur de hymnis Eccleſiaſticis, quæ canuntur

nuntur à religioſis, ſed de quibuſdam precationibus, quæ à Clero palam, & audiente & intelligente populo recitari debent, vt etiamnum fit hodie apud Catholicos.

Secundo reſponde & melius: Imperator permittit, vt Græcæ Eccleſiæ etiam Græca lingua vtantur: Nam hæc ipſis communis erat: ***textus bonus in Nouell. conſt. 7. de non alienand. reb. Eccleſ. cap. 1. vbi Gloſſ.*** Eodem modo latina Eccleſia in occidente in communibus Eccleſiæ precibus rectè lingua Latina vtitur. Nam hæc Latina in occidenti non vernacula, ſed communis eſt, ſicuti Græcis Græca, ***dict. Nouell. 7. cap. 1. Nouell. 22. cap. 2. Nouell 30. cap. 5. Nouell. 69. princ. Nouell. 140.*** Etenim horum in regionibus, non vulgari populorum idiomate, ſed communibus hiſce linguis, quas per ditiones illas eruditi homines vſurpant, & libri ſacri conſcribuntur, & diuina perficiuntur, & eo tendit Iuſtinianus, quando allegat Diuum Paulum. Cæterum licet ſint, qui communem hanc linguam non intelligant, ſi ideo mutanda eſſet generalis Eccleſiæ benè recepta conſuetudo, & ad cuiuſuis vernaculam reformanda, hoc ſanè non expediret, neque neceſſum eſt, vt eleganter probat Coſter. ***in ſuo Enchirid.*** neque eò dictum Pauli allegari poteſt. 4.

Sed vt nihil deſit, addam hic ex præfato Theologo, quomodo ipſe Paulum dicto loco intelligat: Nam ait, Apoſtolus non loquitur de communibus ſtatiſque precibus Eccleſiæ, quæ non barbara, vel aliena, ſed communi lingua fiunt: verum de priuatis orationibus atque ſermonibus, quibus efferebantur myſteria quædam ex dono linguarum, quod donum primis illis Apoſtolorum temporibus multis etiam Chriſtianam fidem complexis ad infideliũ cõuerſionem à Deo cõmunicabatur. Erat 5.

Digitized by Google

autem donum eiuſmodi, ſicuti Beatus Auguſtinus docuit *lib.12.de Gene ad literam c.*8 9.*lib.*14. *de Trinitat.cap.*16. vt viſiones quaſdam futurarum rerum prænuncias obſcurè & variis linguis eloquerentur, quarum ſignificationes frequenter ipſimet, quibus ea videre contingeret, intelligere non poterant. Erat igitur aliud donum, quod *Prophetiam* nominat Apoſtolus, quo myſteria illa obſcuritate quadam inuoluta, populo Chriſtiano explicabantur, vel ab eodem, qui lingua loquebatur, ſi hoc dono pollebat; vel ab alio, qui illo munere ornatus eſſet. Porrò Corinthij Chriſtiani dono linguarum maximè delectabantur, quod admirationi eſſent alijs ob varietatem ſermonis; ideoque in Eccleſia quiſque ſine ordine viſiones ſuas proferre volebat, etiam nullo interprete, aut propheta præſente: quorum puerilem leuitatem B. Apoſtolus arguit, iubetque nihil aliena lingua, quod obſcurum ſit, in medium adferri, niſi adſit interpres. Idque varijs de cauſis 1. vt totus ipſe homo Spiritu & mente fructum percipiat, Spiritu, inquam, hoc eſt, affectu & mente, hoc eſt, intelligentia. Qui enim dono illo linguarum myſteria loquebantur, moueri quidem ſolebant & affici dulcedine diuinarũ rerum, quæ eloquebantur: ſed tum demum mens fructum capiebat, quando intellectus cognitione myſteriorum inſtruebatur. Itaque orare ſpiritu & mente eſt, non ſolum viſione ſibi facta Deum laudare atque precari, ſed mente etiam ex eius intelligentia in Deum rapi & eleuari. 2. vt auditores non obſcuras voces tantum audiant, ſed audita interpretatione eorum ædificentur & vtilitatem percipiant, reſpondeantque Amen, hoc eſt, verbis confirment Dei promiſsiones intellectas. 3. ne ludibrio ſint infidelibus, qui ſi eos videant, admirabilia, obſcura, implicataque diuerſis linguis ſonantes, eos

inſa-

Digitized by Google

inſanire exiſtimabunt. Nihil igitur iſta cõtra preces Eccleſiaſticas Latinas faciunt. In quibus is, qui ſupplet vices idiotæ, non ſolùm Amen, ſed alia plura reſpondet, inſtitutus in Eccleſia, quæ latina lingua, non vt barbara, ſed vt communi & peruulgata vtitur. Vltimo concedamus dictam Nouell.137.c.6. id velle, vt hymni Eccleſiaſtici vernaculo cuiuſuis populi decantentur idiomate, tamen nihil proderit ſectariis, vtpote cum tantum de Epiſcopis & Clericis loquatur, quaſi hi preces Eccleſiaſticas ſic peragere debeant, vt vulgus intelligat. Illi verò non tantum Epiſcopis, ſiue Clericis, ſed etiam omnibus præſentibus laicis permittunt, idiomate pſallere domeſtico, idque publicè in Eccleſiis, quod à condito æuo nunquam eſt auditum.

CAP. CV.

DE PVBLICIS LITANIIS ac ſupplicationibus.

CAtholici publicas celebrant proceſſiones, quæ ſine clericis, orationibus & cruce, quæ præfertur, non inſtituuntur, nec fieri debent.

Et hæ Litaniæ die atque noctu fiebant olim, ſicut etiamnum hodie apud Catholicos. Imperatores Arcadius & Honorius *in l. cuncti hæretic.* 3. *C. de hæreticis, &c.* vbi interdicunt hæreticis omnibus ad Litaniam faciendam noctu vel die prophanis coire conuentionibus, &c. quo ſanè interdicto hodie vix opus eſt; vtpote cum aduerſarij publicas proceſſiones ſua ſponte abrogarint. Item *in Nouell.* 123. *c.*31. ait Imperator, ſi quis ſacra miniſteria turbauerit, aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur, hoc 1.

Litaniæ die atque noctu fiunt apud Catholicos.

Digitized by Google

tur, hoc & ipſo in Litanijs,in quibus Epiſcopi aut clerici reperiantur, cuſtodiendo. Et ſiquidem iniuriam ſolum fecerit, is verberibus,exilioque tradatur.Si vero etiam Litaniam concuſſerit, capitale periculum ſuſtinebit, & vindicare iubemus, non ſolum ciuiles,ſed etiam militares iudices,&c. & ſimilis textus *in auth. ſed nouo Iure C. de Epiſcop.& cleric.*

Pœna concutientis Litanias capitalis.

2. Neque iſtæ proceſsiones fiebant à Laicis,niſi cū Epiſcopo, Clericis & crucibus, vt expreſſe dicit *d. Nouell.123.c.32.* vbi hæc habentur formalia: Omnibus autem laicis interdicimus Litanias facere ſine ſanctis Epiſcopis, & qui ſub eis conſtituti ſunt,reuerendiſsimis clericis.Qualis enim Litania, in qua ſacerdotes non inueniuntur, & ſolennes orationes faciunt? Sed & ipſas honorandas cruces, cum quibus & in Litanijs ingrediuntur, non alibi niſi in venerabilibus locis reponi, & ſi quando opus vocauerit ad Litanias celebrandas, tunc ſolum ipſas ſanctas cruces accipere eos, qui conſuetè eas portare ſolent, & cum Epiſcopo & clericis Litanias celebrare:hoc cuſtodientibus ſanctiſsimis locorum Epiſcopis, aut etiam eorum clericis & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo præſentis noſtræ legis virtutem, aut tranſcenderit aut non vindicauerit, prædictas pœnas patietur, monaſteriorum & reuerendiſsimorum monachorum diſpoſitione,&c.Et *d.auth.ſed nouo Iure.* Laicis,*inquit*,facere Litanias interdicimus ſine clericis,quę ſine oratione & cruce fieri non debent. Itaque vel hinc etiam ſatis clarè patet, ſectarijs, cum careant clericis atque ſanctis crucibus, Litanias publicas eſſe interdictas eaſque celebrare non poſſe, &c.

Crux portata in Litanijs maxime deteſtatur ab hæreticis.

3. Etiam Epiſcopi, ſi quando orationem in loco,vbi Eccleſia ædificari debet,facere, & crucem figere volunt, Publicum proceſſum vel ſupplicationem eo fa-

Digitized by Google

eo faciunt,& cauſam manifeſtam omnibus ſtatuũt *Nouell.67. vt nullus fabricet orat. domum c.1.*

Temporibus Mauritij Imperatoris cum inundatio ingens Romæ orta famem & peſtem Italiæ perniciofiſsimam attuliſſet ſanctiſsimus vir Gregorius primus Pontifex Maximus ſupplicationes maiores, ſeu Litanias inſtituit. *Platina in eius vita.* 4.

CAP. CVI.

DE OBLATIONIBVS SANctiſsimis Eccleſiis factis.

CIrca ſanctorum Baſilicas omnis cura, omnis prouidentia adhibenda(*a*) quibus etiam pro ſalute animæ licet offerre, donare, dedicare ac conſecrare res mobiles ac immobiles, iura, &c. (*b*)

(*a*) Textus *in Nouell.3. in fin.* vbi ait Imperator, quod non minor ipſi cura ſit horum, quæ ſanctiſsimis Eccleſiis proſunt, quam ipſius animæ. Idem ait Nouell. *Conſtitut.57. vt clerici qui recedunt alijs pro ijs, &c. in fin. & in l. Deo nobis 56. princ. Cod. de Epiſcop. & clericis* ait: Deo nobis auxilium præbente, omnia quæ pro honore ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, ad Dei placitum fieri properauimus, legibus conſtituere, & operibus adimplere deſideramus, &c. *& textus in l. omnem ſemper 43. Cod. eodem.* Omnem, *inquit*, ſemper adhibentes prouidentiam circa ſanctiſsimas Eccleſias, per quas & noſtrum imperium ſuſtineri, & communes res Clementiſsimi Dei gratia muniri credidimus, nec non & noſtras & cæterorum omnium animas ſtudentes ſaluari, &c. *&*

Prouidentia Imperatorum circa Eccleſias.

Imperium ſuſtinetur per Catholicas Eccleſias.

Digitized by Google

textus in l.omnem 42.princ.C.eod. Omnem adhibentes prouidentiam circa ſanctiſsimas Eccleſias in honorem & gloriam ſanctæ & incorruptę homouſiæ Trinitatis, per quam & nos & communem rempublicam ſaluos fore credidimus, inſiſtentes etiam doctrinæ ſanctorum Apoſtolorum, &c.

De verbo homouſios.

(*b*) Textus elegantiſsimus in Nouell.123. *De ſanctiſsimis Epiſcopis c.*16. Si quis, *inquit*, clericus cuiuslibet gradus, ſiue gubernator cuiuslibet venerabilis domus aut ante ordinationem commiſſam ſibi cuiuſcumque gubernationis aut ſolicitudinis, aut poſtea voluerit aliquid rerum ſuarum offerre Eccleſiæ, in qua ordinatur, aut loco, cuius gubernationem aut ſolicitudinem ſuſcepit, non ſolum non prohibemus hoc fieri, ſed etiam magis inuitamus eos talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa ſolum dari prohibemus, quæ propriis perſonis quibuſdam præbentur, non quæ ſanctis Eccleſiis, aut alijs venerabilibus locis offeruntur. Et *cap.3. in princ.* Si quis, *inquit*, Epiſcoporum ſiue ante ſuam ordinationem, ſiue poſt ordinationem voluerit proprias res aut partem earum Eccleſiæ offerre, cuius ſacerdotium accepit, non prohibemus, & omni condemnatione & pœna præſentis legis eum liberum eſſe ſancimus, ſed etiam omni laude dignum iudicamus, quoniam hoc non eſt emptio ſed oblatio *Nouell. 7. De non alienand. aut permut. reb. Eccleſ.* Quid enim, *inquit*, cauſetur Imperator, ne meliora det (*Eccleſiis*) cui plurima dedit Deus habere, & multorum Dominium eſſe, & facile dare, & maxime in ſanctiſsimis Eccleſiis, in quibus optima menſura eſt (*notate ſectarij*) donatarum eis rerum immenſitas, *& infra.* Vtique cum nec multum differant ab alterutro ſacerdotium & imperium (*origine*) & res ſacræ à communibus & publicis, quando omnis ſanctiſsimis Eccleſiis abun-

Imperator inuitat ſubditos ad oblationes.

1.

abundantia & ſtatus ex Imperialibus munificentiis perpetuo præbeatur.

Facit *l. omnem adhibentes*, 42. *§. conuenit*, *C. de Epiſcop. & cleric.* Nam cum quidam, *inquit*, ſumma in Deum ſpe, & vt animę eorum ſaluę fiãt, ad ſanctiſſimas adcurrant Eccleſias, & ijs omnes ſuas facultates adſerant & derelinquant, vt in pauperes & egentes & alios pios vſus conſumantur, indecens eſt Epiſcopos in ſuum illas lucrum auferre, &c. *Et §. amplius* 7. *d. l.* 42. *inquit*, Amplius id quoque iubemus, vt quæcunque poſt neceſſariam erogationem in eos, qui eorum curæ commiſsi ſunt, & debitam curationem rerum, & ædificiorum ſupereſſe contigerint, ea ad redituum comparationem proficiant, vndique enim noſter ſcopus noſtraque intentio eſt ad amplificationem & augmentum adducere res ad pios vſus ſegregatas, ſi enim, quiſquis pro ſua anima quidquam facere volet, promptius erogabit, ſi crediderit ea, quæ ab ipſo data fuerint piè adminiſtranda eſſe, *& §. præterea* 10. *d. l.* 42. Nam qui conſtituerunt, vel fundarunt ſanctiſsimas Eccleſias, pro ſua ſalute & communis reipublicæ, reliquerunt illis ſubſtantias, vt per eas debeant ſacræ liturgiæ fieri, *& Nouell.* 37. Eccleſiæ Africæ ab aliquo pro ſua ipſius ſalute oblatæ à nemine prorſus auferuntur, hic olim & hodie multi ſancti hæredes inſtituebantur, iiſque optima legata relinquebantur *l. ſi quis* 15. *l.* 26. *§.* 1. *C. de SS. Eccleſiis Nouell.* 131. *c.* 9. 2.

Imperator augebit res Eccleſiæ.

Ita S. Damaſus Papa, quem in fide ſequitur Iuſtinianus, ſacram Baſilicam, quam ipſe in honorem D. Laurentij condiderat, maximis muneribus ornauit, patena argentea librarum 20. ama argentea librarum 15. ſcypho argenteo anaglypho librarũ 10. calicibus argenteis 5. coronis argenteis quinque, domos quoque circa Baſilicam poſitas dono dedit, 3.

De munificentia S. Damaſi erga Eccleſiam D. Laurentij.

dedit, fundum etiam Papyrianum agri ferentinatis, fundum Antonianum, Balnea non longè à templo poſita. *Platina in eius vita.*

4. Item Iuſtinianus ſedem Romanam veneraturus Hypatium ac Demetrium Epiſcopos Romam cum muneribus miſit *l. inter claras* 8. *C. de ſum. Trinitat. per totum.* qui & Romanum Pontificem ſuo nomine ſalutauerunt hæc munera Beati Petri templo offerentes: Scyphum aureum circundatum gemmis librarum 6. ſcyphos argenteos 2. librarum 12. calices argenteos 2. librarum 15. *teſte Platina in eius vita.*

Iuſtiniani dona tranſmiſſa S. Pontifici.

5. Belliſarius quoque de hoſtium Maurorum manubiis crucem auream gemmis diſtinctam librarum 100. ceroſtrata 2. magni precij Petro Apoſtolorum Principi dono miſit, *Platina in vita Vigilij.*

6. Iſta autem oblata per omnia Eccleſiis firmiter conſeruanda *Nouell.* 131. *c.* 4. Omnia, *inquit*, Priuilegia vel ſolatia quæ ex Imperiali munificentia aut etiam alio quolibet modo ſanctiſsimis Eccleſijs aut alijs venerabilibus domibus, & locis collata ſunt, firmè eis *Per omnia* conſeruentur, de priuilegijs Eccleſiarum firmiter conſeruandis, *vide latius l. omni innouatione* 6. *l. priuilegia* 12. *princ. & §.* 1. *& auth. ſeq. l. decernimus* 16. *C. de Sacroſ. Eccleſ. l. ſi venerabilis* 13. *& auth. ſeq. l. ſi qua per* 22. *§.* 1. *l. omnia* 35. *l. generaliter* 52. *C. de Epiſcop. & cler. Nouell.* 123. *de Sanctiſſ. Epiſcop. c.* 6. *& dict. Nouell.* 131. *c.* 4.

Eccleſ. Oblata firmiter conſeruanda.

7. Eccleſiæ priuilegia conſeruanda.

CAP. CVII.

DE NON ALIENANDIS rebus Eccleſiæ.

SAcræ autem res, quæ ritè per Pontifices Deo conſecratę ſunt, veluti ędes ſacræ

ſacræ vel donaria, quæ ritè ad monaſterium Dei dedicata ſunt, prohibentur alienari & obligari; excepta cauſa redemptionis captiuorum ac famis.

Textus in §. ſacræ res ſunt Inſt. de rerum diuiſion. 11
Ratio, quia res ſacræ ac religioſæ nullius ſunt. Quòd enim diuini Iuris eſt, *id nullius in bonis eſt, inquit Imperator in* §. *nullius* 8. *dicto titulo. De rerum diuiſ. & textus in l. ſancimus nemini licere* 21. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, &c.* Sancimus, *inquit*, nemini licere ſacratiſsima atque arcana vaſa, vel veſtes cæteraque donaria, quæ ad diuinam religionem neceſſaria ſunt (cùm etiam veteres leges ea, quæ Iuris diuini ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxerint) vel ad venditionem vel hypothecam, vel pignus trahere: ſed ab hìs, qui hæc ſuſcipere auſi fuerint, modis omnibus vindicari tam per religioſiſsimos Epiſcopos, quam per œconomos, nec non & ſacrorum vaſorum cuſtodes, nulla eis actione relinquenda, vel ſuper recipiendo precio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt, ſed, omnibus huiuſmodi actionibus reſpuendis, ad reſtitutionē eorum omnibus modis coarctari. ſin autem vel conflata ſunt, vel fuerint, vel alio modo immutata, vel diſperſa: nihilominus vel ad ipſa corpora, vel ad ipſa precia eorum exactionem competere, ſiue per in rem, ſiue per condictionem, ſiue per in factum actionem, cuius tenor in multis & varijs iuris articulis ſæpè eſt admiſſus, excepta videlicet cauſa captiuitatis & famis in locis his, in quibus hoc (quod abominamur) contigerit: nam ſi neceſsitas fuerit in redemptione captiuorum: tunc & venditionem præfatarum rerum diuinarum & hypothecam

& pigno-

quanto minus toleraſſet earundem ſacrilegas direptiones, quæ hæreticorum perſuaſione & auxilio, ab eorum Anteſignanis paſsim fuere exercitatæ, & cum illis lucri odor ex re qualibet gratus ſit, necdum rapere ceſſent, quorum an ſit maior impietas, vel crudelitas dubium eſt. Huiuſmodi vero prædonibus Arcadius & Honorius Imperatores Catholici capitale iuſſerunt iam olim irrogare ſupplicium *l. ſi quis in hoc Cod. de Sacroſanctis Eccleſ.* Iuſtinianus poſtea verberationem & exilium conſtituit *in auth. nouo Iure C. dict. titul.* Cur autem non ſit diſcrimen inter res diuinas & humanas? & quare non competens prerogatiua cœleſti fauori conſeruetur? Idem Iuſtinianus interrogat *in l. ſancimus* 2. *C. eodem.* Inter diuinum enim & publicum ius & priuata commoda diſcretio competens eſſe debet iuxta eundem Imperatorem *in l. vt inter C. eod. tit.* Et veteres leges ea, quæ Iuris diuini ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxierunt *d. l. ſancimus* 21. *C de SS. Eccleſiis.*

Cap. CVIII.

De Annatis.

Conſuetudinem, vt quis ordinantibus, aut miniſtrantibus pro conſecratione aliquid quaſi remunerandæ cauſa donet (*quod vulgus Annatam vocat*) Ius ciuile Iuſtinianæum non improbat.

Textus in Nouell. 123. *De Sanctiſsimis Epiſcopis cap.* 3. Si quis, *inquit*, Epiſcoporum, ſiue ante ſuam ordinationem, ſiue poſt ordinationem voluerit pro- 1.

propriás res, aut partem earum Eccleſiæ offerre; cuius ſacerdotium accepit, non prohibemus, & omni condemnatione & pœna præſentis legis liberum eum eſſe ſancimus, ſed etiam omni laude dignum iudicamus; quoniam hoc non eſt emptio, ſed oblatio. Pro conſuetudinibus autem illa ſola permittimus præberi ab ordinatis Epiſcopis, quæ ſubſequenter præſenti legi inſerta ſunt. Iubemus igitur beatiſsimos Archiepiſcopos, & Patriarchas, hoc eſt, ſenioris Romæ, & Conſtantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos, & Hieroſolymorum, ſiquidem conſuetudo habet, Epiſcopis & clericis in eorum ordinatione non minus quam viginti auri libras dari, ipſa ſolummodò præberi, quæ conſuetudo recognoſcit; plus autem ab hac quantitate nihil ſupra viginti auri libras præberi: metropolitas autem à propria ſynodo aut à beatiſsimis Patriarchis ordinatos, & alios omnes Epiſcopos, qui aut à Patriarchis, aut metropolitis ordinantur, dare pro inthroniſticis quidem ſolidos centum, notarijs autem ordinantis, & alijs miniſtrantibus ei, & ſolenniter accipientibus ſolidos trecentos. Si verò Eccleſiæ reditus minus quidem quam triginta auri libras per annum reddant, non minus autem, quàm decem dari pro inthroniſticis ſolidos centum, alijs autem omnibus, qui ex more capiunt, ſolidos 200. Si vero minus quidem quam decem, non minus autem quinque auri libris reditus eſſe contigerit, pro inthroniſticis quidem dari ſolidos quinquaginta, omnibus autem alijs ex cõſuetudine percipientibus ſolidos 200. Si autem minus quam quinque, non minus autem duas auri libras Eccleſiæ reditus habeat, pro inthroniſticis ſolidos decem & octo, omnibus autem alijs ex cõſuetudine percipientibus ſolidos 24. Si autem minus tres, non autem quam duas auri libras quanti-

Quantum pro annatis dandum.

tas redi-

tas redituum Eccleſiæ comperiatur, dare pro inthroniſticis quidem ſolidos 12. pro omni verò alia conſuetudine ſolid, 6. Epiſcopum enim Eccleſiæ minus duas auri libras reditus habentem, neque pro inthroniſticis, neque pro alia qualibet conſuetudine dare aliquid permittimus. Hæc autem, quæ præberi diſpoſuimus primus presbyter ordinantis Epiſcopi & Archidiaconus ſuſcipientes ex conſuetudine percipientibus diuidant hæc.

Igitur iubemus hæc omnibus modis obſeruari, vt non ex talibus occaſionibus Eccleſiæ debitis prægrauentur, & ſacerdotia venalia fiant. Si quis autem vltra quantitatem à nobis definitam pro inthroniſticis aut conſuetudinibus quolibet modo præſumat accipere; iubemus quicquid plus acceperit, triplum ex rebus eius vindicari Eccleſiæ datis.

Eccleſiæ nō debent debitis prægrauari, nec ſacerdotia venalia eſſe.

Sed hæc quidem pro Epiſcoporum ordinatione dicta ſint. Et dict. Nouell. 123. *cap.*16. Sed neque, inquit, clericum cuiuſcunque gradus dare aliquid ei, à quo ordinatur, aut alij cuilibet perſonæ permittimus, ſolas autem præbere eum conſuetudines ijs, qui ordinantium miniſtrantes ſunt, ex conſuetudine accipientibus, vnius anni emolumenta non tranſcendentem, &c. Et Nouell. 56. ***vt ea, quæ vocantur inſinuatiua, &c. c.*** 1. Sancimus igitur beatitudinem tuam hoc validiſsimè cuſtodire, vt ſiquidem conſuetudo eſt dare eos, qui ordinantur in ſanctiſsima maiore Eccleſia, hoc eos præbere; nihil enim de ijs, quæ dantur in ſanctiſsima maiore Eccleſia, nouamus.

Imperator non vult innouare in his quicquā quæ dantur Eccleſiæ.

2.

Vbi verò talis non viget conſuetudo, ordinationes omninò gratis fieri debent: Crimen namque ſimonia, quo ſacræ defunctiones & miniſteria per venditionem & mercationem conferuntur; iure

Digitized by Google

Simonia prohibita.

iure planè eſt prohibita *l.ſi quenquam* 31.*cum auth. ſeqq.& l.omnem adhibentes* 42. §.*Præterea ſancimus* 9.C.*de Epiſcop.& cleric.*Nouell.6.*c*.1.§.9.*dict.*Nouel. 56.*c*.1.*& dict.*Nouell.123.*c*.2. §.1. *c*.3. & 16. & Nouell. 137.*de ordinat. Epiſcop.c.*2.*in fin.*

CAP. CIX.

DE SACRIS ECCLESIAE vaſis & veſtibus.

HInc Eccleſiarum ſacratiſſima atquè arcana vaſa, & veſtes, cæteraque donaria, vt thuribula & ſimilia, &c. quæ ad diuinam religionem neceſſaria ſunt.

1\. Sectarij hac lege non indigent, cum non vtantur arcanis vaſis, veſtibus thuribulis, &c.

Iuſtinianus *in l.ſancimus* 22. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Sancimus nemini licere ſacratiſsima atque arcana vaſa, vel veſtes, cæteraque donaria, quæ ad diuinam religionem neceſſaria ſunt, (cum etiam veteres leges ea, quæ diuini Iuris ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere; ſed ab his, qui hæc ſuſcipere auſi fuerint, modis omnibus vindicari, tam per religioſiſsimos Epiſcopos, quam per œconomos, nec non & ſacrorum vaſorum cuſtodes, nulla eis actione relinquenda, vel ſuper recipiendo precio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt, ſed omnibus huiuſmodi actionibus reſpuendis, ad reſtitutionem eorum omnibus modis coarctari, &c. Similis *textus in* Nouell.*Conſtit*.120.*c*.10. Nouell.7.*de non alienand.aut permut.reb.Eccleſiæ c*.8. *princ. qui ſacrata vaſa. &c.* Nouell.8.*vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, &c.* §. *tradita nobis à Deo, verb. tunc intus recondatur in ſanctiſsima*

Digitized by Google

ctiſsima Eccleſia cum ſacris vaſis, &c & Nouell. Conſtit.4.in fin.ibi: intra ſanctiſsima vaſa §. ſacra res ſunt. Inſt.de rerum diuiſ.ibi: donaria, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt, &c. quæ ſi venditta. vel pignorata fuerint, tam per religioſiſsimos Epiſcopos, quàm Oeconomos, nec non ſacriſtas. id eſt, ſacrorum vaſorum cuſtodes modis omnibus vindicari mandatur, nullo reſtituto precio, vti probat textus in d.l. ſancimus nemini 21.C. de Sacroſanctis Eccleſ.

Iuſtinianus Imperator (nam etiam alias Imperatorum in Eccleſiis optima menſura eſt donatarum eis rerum immenſitas, *vt inquit Nouell.7.de non alienand. aut permutand. reb. Eccleſ. c.2. § finimus*:) Romanę Eccleſiæ, per Hypatium atque demetrium Epiſcopos, quorum fit mentio *in l. inter claras* 8.C. *de ſumma Trinitat.* Scyphos, calices, palliola, & id genus alia munera dono miſit, vti ſupra probatum. 2. Iuſtiniani Imperatoris liberalitas in Romanam Eccleſiam.

CAP. CX.

DE ECCLESIAE LVMINARIIS.

ETiam tempore Iuſtiniani in templis fuit vſus luminariorum.

Textus in Nouell.67. vt nullus fabricet oratorij domus præter voluntatem Epiſcopi, &c. in principio. 1. Plurimi namque nominis cauſa non ad opus ſanctarum Eccleſiarum accedunt, deinde eas ædificantes, nequaquam curam ponunt, vt expenſas quoq; eis deponant decentes, ***& ad luminaria & ad obſeruantium alimenta,*** & ad ſacra miniſteria: ſed deſerunt eas etiam in nudis ædificiis conſtitutas, & ad deſtruendas, aut omnino ſacro miniſterio de- Multi cauſa nominis extruunt Eccleſias.

Digitized by Google

fraudandas, &c. *& c.2.* Deinde, *inquit*, non aliter quempiam Eccleſiam ex nouo ædificare, priuſquã loquatur ad Deo amabilem Epiſcopum, & definiat menſuram, quam deputat, *& ad Luminaria*, & ad ſacrum miniſterium, & ad incorrumpendæ domus cuſtodiam & *obſeruantium alimenta*. Et ſi ſufficienter habere videtur, faciat prius donationem eorum, quæ futura ſunt, deputari, & ita domus ædificetur, &c.

2. De vſu cereorum ſub lectione S. Euangelij.

Et per hunc textum notat Gothofred. *ibid.* Vſitatum fuiſſe in oriente cereos in Eccleſiis accendi, præſertim dum legebantur ſcripturæ, *Hieronymo auctore*, 3. Cerei quoque præferebantur in funeribus ab Acolythis. *Nouell. 59. c.2. c.5. in fin.*

3.

Cap. CXI.

DE PRAEDESTINATIONE.

DEus neminem abſoluto ſuo decreto æternæ deſtinauit damnationi; ſed vult omnes ſaluos fieri; non perditionem, ſed conuerſionem, & ſalutem peccatoris, (*a*) ideoque tradidit omnia ea præſidia naturæ & gratiæ, quæ ad illum finem conſequendum erant neceſſaria. (*b*) Quod autem exciderimus ab illo fine, & multi ex nobis reprobentur, id non Dei ordinatione, (*c*) ſed noſtro accidit vitio. (*d*)

(*a*) Inde pro nobis omnibus crucem paſſus eſt ſub Pontio Pilato, *vt inquit l. cum Saluatorem 6. §. 1. C. de ſumma Trinitat.* & textus *in l. Imperialis 23. C. de nuptiis*, ait. Debemus Dei beneuolentiam, & circa

Digitized by Google

circa genus humanum nimiam clementiam (quantum noſtræ naturæ poſsibile eſt) imitari, qui cotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem eam ſtatum deducere, &c. *& textus in Nouell.* 77. *in princ. vt non luxurientur homines contra naturam.* Omnibus hominibus, qui rectè ſapiunt manifeſtum eſſe putamus, quia omne nobis eſt ſtudium & oratio, vt crediti nobis à Domino Deo benè viuant, & eius inueniant placationem: quoniam & Dei miſericordia non perditionem, ſed conuerſionem & ſalutem vult, & delinquentes, qui corriguntur, ſuſcipit Deus, propter quod nos omnes Dei timorem in ſenſibus accipere, & inuocare eius placationem; & nouimus, quia omnes, qui Dominum diligunt, & miſericordiam eius ſuſtinent, hóc faciunt: *& textus in Nouell.* 141. *in princ.* Cùm ſemper, *inquit*, omnes benignitate ac bonitate Dei indigeamus: tum verò maximè hoc tempore, cum propter peccatorum noſtrorum multitudinem variis ipſum modis ad iracundiam prouocauimus. Et quanquam minatus eſt, & clarè oſtendit, quibus ſecundum peccata noſtra digni eſſemus tamen clementer nobiſcum egit, iramque ſuam in aliud tempus reiecit, noſtram expectans pœnitentiam, vt qui nolit mortem noſtram peccatorum, ſed conuerſionem & vitam. Quapropter iuſtum non fuerit, vt omnes nos opulentiam bonitatis ac tolerantiæ & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor noſtrum iram nobis in die iræ accumulemus, ſed omnes improbis ſtudijs & actionib. abſtineamus, &c. *Et in fin. d. Nou.* 141. *dicitur*, quod Deus ſit bonus. *& in Nou.* 109. *in princ. dicitur*, quòd ſperantibus in Deũ, his dat animæ ſalutẽ. *Item adde Nou.* 133. *c.* 5. *ibi:* Cũ & in cœlo fiat magnũ gaudium

Diligentes Dominum eum timent ac inuocãt.

Deus propter peccata ad iracundiam prouocatur.

Notate Caluiniſtæ.

In Deo ſpes mea, non confundar in æternum.

Digitized by Google

angelicis virtutibus, quando aliquis ſaluus fit peccatorum. *Et l. Imperialis beneuolentia* 23. *in princ. C. de nuptiis*. Nam, *ait*, ita credimus Dei beneuolentiam & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum noſtræ naturæ poſsibile eſt) imitari, qui cottidianis hominũ peccatis ſemper ignoſcere dignatur & pœnitentiam ſuſcipere noſtram & ad meliorem eum ſtatum deducere. Neque credibile eſt, quòd Deus, ad cuius imaginem creati ſumus, non vellet nos ſaluos fieri, ſed maximam hominum partem (qui creaturarum ſunt dignisſimi *l. iuſtiſsimè* 44. *D. de AEdilitio edicto*, quorum gratia omnia alia facta ſunt *l. in pecudum D. de Iur. natur. & gent.*) æternis adiudicare flammis? Pugnaret hoc ſanè cum ipſa Dei miſericordia, & bonitate, & circa genus humanum nimia clementia, quaſi Deus cuperet perditionem generis humani.

Fructus facite dignos pœnitentiæ.

(*b*) *Textus in Nouell.* 141. *cap.* 1. *ibi*: Ritè agant pœnitentiam, & coram Deo procidant, & morbum beatiſſ. Patriarchæ renuncient rationemque curationis percipiant, & (prout ſcriptum eſt) fructus producant pœnitentiæ, vt benignus Deus pro opulentia miſerationum ſuarum dignetur nos quoque benignitate *l.* 34. §. 4. *C. de Epiſcop. audientia ibi*: Per definitum tempus, qui talem pœnam ſuſcepit, maneat lachrymis, & pœnitentia, & ieiunio & ad Dominum Deum oratione remiſsionem delicti exorans. *Nouell* 77. *princ. ibi*: Et delinquentes, qui corriguntur, ſuſcepit Deus, propter quod nos omnes inuitamus Dei timorem, in ſenſibus accipere, & inuocare eius placationem, & nouimus, quia omnes, qui Dominum diligunt, & miſericordiam eius ſuſtinent, hoc faciunt, *Nouell.* 133. *c.* 5. *Nouell.* 144. *Quò pertinent quæ ſcripſi in capite de Sacramento Confeſsionis*.

(*c*) *Nouell.* 141. *ibi*: Cùm propter, *& cap.* 1. Cum

bonum

Digitized by Google

bonum illum Deum in omnium perniciem ad iram prouocet. *Nouell.77.c.1.& §.2.*

(*d*) *Nouell.133. c.5. ibi* : Quatenus dans ſemetipſum à melioribus ad peiora, ipſe ſuis malis potiatur ſolus, & non per eius malum etiam alij violentur *Nouell,141.ibi*: ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor noſtrum iram nobis in die iræ accumulemus, ſed omnes improbis ſtudiis & actionibus abſtineamus. *Et cap.* 1. Qui meritò nobis iraſcitur.

Ex prioribus etiam refutantur hæreſes Caluini, qui vult prædeſtinatos donari gratia, non reprobos; Chriſtum pro ſolis prædeſtinatis mortuum eſſe, ſolos prædeſtinatos habere fidem, ſolos eſſe in Eccleſia, reprobos omninò excludi. **Hæreſis Caluini exploſa.**

Cap. CXII.

DEVS NVM SIT AVthor mali.

DEus nullo modo impellit & neceſſitat reprobos ad peccandum: nam non eſt author delictorum.

Textus bonus *in Nouell.Conſt.77.princ.* vbi dum eorum, qui contra naturam luxuriantur, peccata damnat Imperator, ſic loquitur: Igitur quoniam quidam *Diabolica Inſtigatione* comprehenſi, & grauiſsimis iniuriis ſemetipſos inſeruerunt, & ipſi naturæ contraria agunt. Ex quibus verbis non obſcurè colligitur, homines dæmone Inſtigatore, at non monitore, impulſore, duce atque authore Deo peccare. *Textus in l.certiſsime.* 34. §. *ſi verò*, 4. *ibi:* Et manifeſto ab aduerſario diabolo mente in-

Digitized by Google

eſcatus *C.de Epiſc.audientia.* Ipſe namq; Deus peccata ſic odio habet, vt eum in omnium perniciem ad iram prouocent, *Nouell.141.in princ.& in fin.* vt propter delicta famem, peſtilentiam, terræ motus ac bella in hunc mũdum mittat, imò ciuitates perire ſinat, *text.in d.Nou.77.* grauiterq; in delinquentes animaduertat, *text.in Nou.46. de Eccleſ.rer.immobil.alienat.&c.c.1.in fin* Scientibus, *inquit*, & Epiſcopis & Clericis & aliis omnibus, quia Deus reſpiciet, quę geruntur ab eis, & ſi quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationẽ, hoc in ſuis recipient animabus, tam viuentes, quàm morientes, &c. Non igitur Deus eſt autor ſiue promotor delictorum. Imo proprium eſt ſolius Dei, vt non peccet, *Nou.133.c.5.§.ſi quis.* Ergo multò minus erit author peccati. Et Deus non vult peccatum, ſed vt peccator reſipiſcat, & ſe conuertat *d.Nou.77.* Ergo non poteſt velle peccatum, aut in Deo daretur cõtrarietas. Item quantum horreat diuina bonitas à ſtupro maſculorum, ſatis apertè docet Iuſtinian. *in d.Nou.141.* Et huius authorem quis Deum ſtatuere audebit? Cùm ſemper, inquit, omnes benignitate ac bonitate Dei indigeamus: tũ verò maximè hoc tempore, cum propter peccatorum noſtrorũ multitudinem variis ipſum modis ad iracundiam prouocauimus. Et quanquam minatus eſt, & clarè oſtẽdit, quibus ſecundum peccata noſtra digni eſſemus: tamen clementer nobiſcum egit, iramq; ſuã in aliud tempus reiecit, noſtram expectans pœnitentiam, vt qui nolit mortẽ peccatorum, ſed conuerſionem & vitam. Quapropter iuſtum non fuerit, vt omnes nos opulentiam bonitatis, ac tolerãtiæ, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor noſtrum, iram nobis in die iræ accumulemus, ſed cùm omnes improbis ſtudiis & actionibus abſtineamus,

Pœna peccatorum.

Solius Dei non peccare.

Dei bonitas circa genus humanum.

Digitized by Google

neamus, tùm verò maximè, quia abominabili illa & meritò Deo exoſa atque impia actione computruerunt. Loquimur autem de ſtupro maſculorũ, quod nõnulli mares ſacrilego & impio auſu prę-ſumunt, cum maſculis perpetrantes turpitudinẽ.

Cap. CXIII.

DE DECALOGO.

CIuilis ſapientia omnia decem Domini mandata ambit, primò in Deũ credere iubet. (*a*) 2. Vetat aſſumere nomẽ Domini in vanum. (*b*) 3. Adminiculũ Iuſtitiæ diebus feſtiuis facere prohibet. (*c*) 4. Reuerentiam parentibus præſtare mandat. (*d*) 5. Quenquã interficere prohibet, licet etiam vilem. (*e*) 6. Adulteria prohibet & punit. (*f*) 7. Furtum vetat. (*g*) 8. Falſum teſtimonium omninò prohibet. (*h*) Nonum & decimum comprehenditur, ſub ſexto & ſeptimo.

(*a*) L. 1. C. *de ſumma Trinit.* vbi ait patris, & filij & Spir. S. vnam Deitatẽ ſub pari maieſtate & ſub pia Trinitate credamus. *& in l. cum Saluator. 6. §. his ita 2. in fin. C. eod.* Ipſe, *inquit*, Chriſtus ſolus eſt adorãdus, & conglorificandus Patri & Sancto Spiritui.

(*b*) L. *iuſiurãd.* 2. C. *de reb. cred ſi quis maior* 41. C. *de tranſaction. l. ambiguitates 2. in fin. C. de in d. viduit.*

(*c*) L. *omnes iudices* 3. *leg. actus omnes* 8. *l. dies feſtos* 11. C. *de ferijs.* Dies feſtos, *inquit*, maieſtati altiſsimæ dedicatos nullis voluimus voluptatib. occupatos, nec vllis exactionum vexationibus profanari.

(*d*) Vna, inquit lex, omnib. parentib. ſeruanda eſt reuerentia, *l. parentes 6. D. de in ius vocand.*

(*e*) L. 1. §. *Et qui hominem* 3. *D. Ad L. Cornel. de Sicar.*

(*f*) L. 1. *Cod. de rapt. virg. l.* 1. *de extraord. criminib.*

(*g*) L. *inciuilem* 2. C. *de furt. & ſeruo corrupt. l. ſi pignore* §. 1. *verſ. ſpecies & tot. tit. d. de furt.*

(*h*) L. 1. §. *praeterea* 2. *Ad L. Cor. de Sicar. Latius vide Ioachimum Hopperum IC. de Iuris arte liber. lib.* 1. *d. de principiis generalibus diuinis.*

Sectarij iſta Dei præcepta ad hominem Chriſtianum quidquam pertinere negant, vt qui ab omni legis obſeruatione omninò ſit liber ac ſolutus, iuxta illud: Iuſto non eſt lex poſita.

CAP. CXIV.

DE PRAECEPTIS DIVINIS, quod poßint ſeruari.

HInc conſtat mandata, ſiue præcepta Dei, à nobis hominibus ſeruari poſſe, vti rectè docet Sacroſancta Romana Eccleſia, diuina nimirum adiuuante gratia.

1. Quemadmodum plenè probaui ſ. de Caſtitate atque continentia. Nam gratia Dei omnia ſuperare poſſumus. *l.* 1. *princ. Cod. de Veteri Iur. enucleand.* Deo auctore noſtrum gubernante imperium, quod nobis à cœleſti maieſtate traditum eſt, & bella fœliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum reipublicæ ſuſtentamus, & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducibus, neque noſtro ingenio,

Deus noſter adiutor.

Digitized by Google

nio, ſed omnem ſpem ad ſolam referamus ſummæ Trinitatis prouidentiam, vnde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt. *l. 1. C. de offic. Præfect. Prætor. Afric.* Quas gratias aut quas laudes Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto exhibere debeamus, nec mens noſtra poteſt concipere nec lingua proferre. Multas quidem & antea à Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eius beneficia cõfitemur, pro quibus nihil dignum nos egiſſe cognoſcimus. *& l. 2. C. Eod.* In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad omnia conſilia omneſq; actus ſemper progredimur: Per ipſum enim Iura Imperij ſuſcepimus, per ipſum Pacem cum Perſis in æternum confirmauimus, per ipſum acerbiſsimos hoſtes & fortiſsimos tyrannos deiecimus, per ipſum multas difficultates ſuperauimus, per ipſum Africam defendere & ſub noſtrum imperium redigere, nobis conceſſum eſt, per ipſum quoq; vt noſtro moderamine rectè gubernetur & firme cuſtodiatur, confidimus. Vnde per eius gratiam etiam ciuilium adminiſtrationum Iudices & officia ſingulis Africis Prouinciis cõſtituimus, &c. Ad eius igitur prouidentiam etiamnum animum noſtrum referentes & armatas militias, & duces militum ordinare diſponimus. *Et Nouell. Conſt. 80. De quæſtore in princ.* Semper, *inquit*, cum Dei auxilio omnem facimus prouidentiam, vt ſubiecti eius clementia traditi nobis illęſi ſeruentur. Itaque & leges ponimus, omnem eis curantes iuſtitiam, & quod paulatim labitur, reparare feſtinamus. *Nouell. De armis 85. in princip.* Magnum Deum, *inquit*, & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum & eius auxilium ſemper inuocantes, ſtudemus omnes ſubiectos noſtros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæſos & ſine calumnia cuſtodire & inhibere,

dux nec armis nec ingenio ſed ſoli Deo fidat

Laudes Domino Deo debitas lingua proferre neſcit

In nomine Ieſu omnia poſſum.

Digitized by Google

re bella, quæ per ſuam conſiderationem ſuſcipientes aduerſus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra ſe ſupplicium inferentes, tàm quod ſibimet inferunt, quàm quod ex legibus veſaniam iſtorum punientibus patiuntur. *Et Nou.109. de Priuilegiis dotis, Hæreticis mulierib. nō præſtand. in princ.* Vnam nobis eſſe in omni noſtræ reipublicæ & imperij vita in Deo ſpem credimus, ſcientes, quia hęc nobis & animæ & imperij dat ſalutem: vnde & legislationes noſtras inde pendere competit, & in eam reſpicere & hoc eis principium eſſe, & mediū & terminum. *Et Nou.123. c.12. & 14.* ſi futurus ordinari diaconus non habuerit vxorem (ſicut prius dictum eſt) coniunctam ſibi: non aliter ordinetur, niſi prius ab ordinante cùm interrogatus promiſerit poſſe poſt ordinationem & ſine legitima vxore honeſtè viuere, *Nou. Leonis 10 in princ.* Quam præſtans, inquit, monaſticæ vitæ profeſsio ſit, quique ſuaue illud & beatum iugum ſuſcipiunt, &c. facit, quod Imperator vbique contendat ſe credere, ſicut SS. Romana Eccleſia docet, quæ hunc articulum à multis ſeculis ita verū eſſe docuit. quibus adde *l. Deo nobis 56. C. de Epiſc. & cler.* vbi dicitur, principem mediante gratia diuina omnia bene conſtituta operibus adimplere poſſe.

Spes in Deum.

2. Huc pertinet, quod ſcribit **Ioannes Baptiſta Ficklerus in ſua Theologia.** Ad inſtituendam inquit, vitam, virtute, boniſque, vt vocant, operibus excultam, omnem conatum, omneſque animi vires requiruntur. Neque vllo pacto illorum ignauia, imò temeritas & impudentia eſt admittenda, qui mentiuntur bonas leges, virtutum præcepta atque adeò decem mandatorum diuinitus præſcriptorum Catalogum non ideò nobis ob oculos eſſe poſitum, vt quæ illic præcepta ſunt, faciamus vel prohi-

Digitized by Google

prohibita euitemus (nam id præſtare in hominum viribus non eſſe,) ſed vt nobis ſaltem loco ſpeculi ſint, in quo nos ſolum contemplari & defectus noſtros agnoſcere poſsimus, hos, inquam, deſides fumiuendulos à Chriſtiano cætu procul faceſſere iubemus. Neque enim Deus, neque Imperator, neque lex quicquam poſtulant, quod fieri nequeat. qui ſcilicet norunt non omnes in omnia, ſed certos per certa, vel meliores vel deteriores inueniri, dicit Imperator *in l.* 1. *§. cumq; hæc Codic. de vet. iur. enucleand.* neque vllum hominem lex ad impoſsibile aſtrictum eſſe patitur, *l ſi quis in graui in princip. D. Ad SC Syllan.* Id verò dicimur poſſe, quòd iuſtè, honeſtè & commodè poſſumus, *l nepos D. de verborum ſignificat. & cap. faciat* 12. *quæſt.* 2. ei enim qui facit, quod poteſt nihil imputatur, *l. ſi ideo iuncta Gloſſ. Cod. de his quibus vt indign. &c.* & qui fecit, quod potuit, legem impleuit, *l. ſi quis in graui §. ſi cum omnes D. ad SC. Trebellian.* Si enim hoc procedit in rebus ciuilibus, quanto magis in ſpiritualibus neceſſe fuerit, quæ longè maiorem deſiderant diligentiam.

Lex nullum hominem ad impoſsibile aſtringit.

Agnoſcimus quidem noſtram imbecillitatem, ſed incrementum à Deo expetimus, qui ex intimo cordis eum implorantibus vires addit, quique res penitus deſperatas donare & confirmare virtutis magnitudine poteſt, *l.* 1. *§. hoc opere Cod. de vet. Iur. enucleand.* ad cuius immortalitatis præſidium reſpicere & ſummo numine inuocato ipſum Deum authorem, & omnis noſtri operis præſulem fieri rogare debemus, *l. tanta §. nos itaque Codic. eodem titul.* cuius benignitate atque bonitate omnes omni tempore indigemus, *Auth. edict. ad Conſtit. de his qui luxuriantur, &c. in princ. collat.* 10. Deus namque & mortis & vitæ præſi-

præſidium eſt *l.2.ſup.verb.præſidium C.de Veter.Iur. enucleand.* tantaque circa nos diuinæ bonitatis prouidentia eſt, vt ſemper æternis liberalitatibus nos ſuſtentare dignetur *d.l.2.* Ipſe enim communis omnium pater eſt, *vt eſt textus in auth. Neque vir quod ex don.&c. in fin.col.*8. is vbi ſenſerit animi noſtri ac voluntatis ſtudium eſſe promptum, ipſe manum ſuam adijciet eamque noſtram voluntatem æqui bonique faciet, & haud dubiè locum relinquet communi dicto: Bonam voluntatem reputari pro facto. *ar.l ſi quis teſtamento.& l. vter.in fin.d.de condit.inſtit.l. cum hæreſ. verſ.ſeruire d.de ſtatu liber.* Quod cum non ignoramus, omnibus modis eniti debemus, ne vitam ſilentio tranſigamus, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. ſed virtuti, boniſque operibus addicti, honorem referamus Deo atque commodum proximo; ſic fiet, vt bonorum laborum glorioſus ſit ſecuturus fructus, & quoniam delinquentibus pœna, benè merentibus autem præmia debentur, *vt not. Gloſſ. pen. in Auth. de interd. colleg. hæretic.coll.9.* mali & ignaui ſanè malitiam ſuam & negligentiam non impunè ferent, & quanto plus cuique commiſſum eſt, tanto plus exigetur ab eo *l.quædam d.de pœnis & Gloſſ. fin. in l.presbyteri C.de Epiſcop. & cleric.* in die illa, quando nos omnes manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis; quemadmodum id geſsit, ſiue bonum, ſiue malum. Quod autem ne veteres quidem Chriſtiani, & ij, qui iura ciuilia ſanxerunt, adeo vel ſtupidi; vel temerarij fuerint, vt neſcirent, vel non crederent bonorum operum ex fide emanantium actione ſalutem animæ comparari poſſe, ex veterum Chriſtianiſsimorum principum legibus facilè intelligi poteſt,

6. &c. Item præcedenti theſi probantur ex Iure ciuili

Digitized by Google

uili præcepta decalogi. Fruſtra nobis imponuntur, ſi ſeruare non poterimus.

Cap. CXV.

DE FIDE ET BONIS operibus.

NOn ſola fides, ſed opera quoque (quæ meritoria ſunt) ad æternæ felicitatis conſecutionem exiguntur.

Cum quidam, *inquit textus in l omnem adhibentes* 42. *§. conuenit* C. *de Epiſcop. & cleric.* ſumma in Deum ſpe, & vt animæ eorum ſaluæ fiant, ad ſanctiſsimas adcurrant Eccleſias, & ijs omnes ſuas facultates adferant & derelinquant, vt in pauperes & egentes & alios pios vſus conſumantur, *& in §. amplius. d. l.* 42. Quiſquis pro ſua anima quidquam facere volet, promptius erogabit; ſi crediderit ea, quæ ab ipſo data fuerint, piè adminiſtranda eſſe, &c. *& §. præterea* 10. Si enim, *inquit*, multi laicorum *vt ſuæ animæ conſulant*, ad ſanctiſsimas Eccleſias confluentes ſtudioſi circa pſalmodiam oſtenduntur, quomodo indecens non fuerit clericos adid ordinatos non implere munus ſuum? *Et infra.* Nam, qui conſtituerunt, vel fundarunt ſanctiſsimas Eccleſias *pro Salute ſuâ & communis reipublicæ*, reliquerunt illis ſubſtantias, vt per eas debeant ſacræ liturgiæ fieri, & vt in illis miniſtrantibus pijs clericis Deus colatur, &c. *& textus in l. certiſſimè credimus* 34. *in princ. Cod. de Epiſcopal. audient.* Certiſsimè, *inquit*, credimus, quia ſacerdotum puritas & decus, & ad Dominum Deum & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum feruor, & ab ipſis miſſæ perpetuæ preces, multum fauorem noſtræ reipu-

Feruor maiorum, & quomodo liberalitate aduerſus Eccleſias animas ſaluas fecerint.

reipublicæ, & incrementum præbent, per quas datur nobis & barbaros ſubiugare, & in dominium redigere illos, quæ antea non obtinuimus, & quãto plus rebus illorum accedit honeſtatis & decoris, tanto magis & noſtram rempublicam augeri credimus. Hi enim ſi prætulerint vitam honeſtam & vndique irreprehenſibilem, & reliquum populum inſtruxerint, vt hic ad illorum honeſtatem reſpiciens, multis peccatis abſtineat: planum eſt, quod *inde & animæ omnibus meliores erunt,* & facilè nobis tribuetur à maximo Deo & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto clementia conueniens. *& §. ſancimus* 3. Decet enim, *inquit*, ipſos (religioſos) ieiuniis & vigilijs & meditationibus ſeu exercitationibus in diuinis oraculis & *pro omnium ſalute* fundendis vacare precibus. *& textus clarus in Nouell.* 133. *cap.* 5. *§. ſi quis deliquerit, &c. in verb.* Et non quos iam poſuit, amittat labores, non dicit credant ſolum & ſatis erit. Sic *textus in Nouell.* 37. *de Eccleſiis conſtitutis in Afric. Eccleſiis Africa,* inquit, ab aliquo pro *ſua ipſius ſalute* oblata à nemine prorſus auferantur. *Nouell. de Lenonibus* 14. vbi dicitur ſolam caſtitatem Deo cum fiducia potis eſſe hominum animas præſentare. Ergo non tantum fides hoc efficit *Nouell. Conſt.* 59. *De debita impenſa in Exequiis defunctorum, &c. c.* 7. vbi ait, non tantum *pro mortuorum, ſed & viuentium, & imperantium ſalute eſſe,* vt omninò piæ actiones ad effectum deducantur, neque præclara maiorum inſtituta per negligentiam poſterorum depereant. Salus igitur tam mortuorum, quam viuentium, etiam conſiſtit in exequundis pijs actionibus, & non in fide tantum. *Et textus in Nouell. conſtitut.* 115. *vt cum de appellat. cognoſc. c.* 3. *§. ſi vnum* 13 *verſ. occaſionem,* vbi ait Imperator Iuſtinianus, quod qui Chriſtianorum captiuorum redemptionem procurent, *ipſorum animæ,* ex hac pijſ-

Sacerdotum puritas magnæ efficaciæ.

Digitized by Google

piiſsima cauſa *ſubleuentur,& text.elegans in Nouell.* 123.*c.*16.vbi ait,ſi quis clericus cuiuslibet gradus,ſiue gubernator cuiuslibet venerabilis domus, aut ante ordinationem commiſſam ſibi cuiuſcunque gubernationis aut ſolicitudinis, aut poſtea voluerit aliquid rerum ſuarum offerre Eccleſiæ, in qua ordinatur, aut loco cuius gubernationem aut ſolicitudinem ſuſcepit, non ſolum non prohibemus hoc fieri,ſed etiam magis inuitamus eos, talia *pro ſalute animæ ſuæ* facere.

Confer *Nouell.* 3. *vt determinat.ſit numer.clerico. &c.c.*3. vbi dicitur: Placari eum, ſi bona Eccleſiæ pauperibus,non vero locupletibus (vt communiter fit hodie) diſtribuantur,nulla fit mentio fidei. *& Nou.*133.*c.*5.Confer *l.*1.*C.de Epiſc.audient.* vbi dicitur,Chriſtianis Epiſcopis (NB) verum cultum eſſe adiuuare pauperes & in neceſsitate poſitos. *& in l.priuilegia* 12.§.2.*C.de Sacroſanctis Eccleſ.* Et quia humanitatis noſtræ eſt,egenis proſpicere, ac dare operam,vt pauperibus alimenta non deſint; ſalaria etiam,quæ Sacroſanctis Eccleſiis in diuerſis ſpeciebus de publico hactenus miniſtrata: iubemus nunc quoque inconcuſſa & à nullo prorſus imminuta præſtari. 2.

Etenim Deus placatur Eleemoſyna, *d.Nou.*3.*c.*3. *& in Nou.*7.*dicitur*, In Eccleſiјs optima eſt menſura donatarum eis rerum immenſitas. Item Iuſtitia atque veritate, *l.*1.§.5.*C.de offic.P. Prætor.Afric.* Ergo iubemus, *inquit*, omnes violentias & omnẽ auaritiam ceſſare, & Iuſtitiam atq; veritatem reſeruari. Sic enim & Deus placabitur. Precibus *Nouell.*83.*vt Clerici apud proprios Epiſcopos,&c.*§.1.*Nou.*77.*vt nõ luxurientur homines contra naturam,&c.in princ.* Itẽ lachrymis & ieiunijs, *d.l.certiſsimè credimus* 34.§.3. *de Epiſc.audient.* & longi temporis pœnitẽtia, qua prorſus redemptionis fructus conſequimur, *Nou.* 3. Quomodo Deus placandus.

S 144.c.2.

144.*c*.2. Sola igitur fides non placat Deum abſque bonis operibus. Quo facit, quod facta verbis ſint potiora, *l.de pupillo* 5.§.*meminiſſe*, 10.D.*de nou.oper. nunciat.* neque verba ſufficiunt, vbi facto opus eſt, *l.non omnes* 5.§.*fin. D.de re milit. l.peculium* 39. *D.de pecul.* Neq; enim in verborum multitudine, ſed in vero & iuſto rerum effectu robur noſtrũ collocãdum. N*ou*.28.*prin.* factum autem bonum eſſe debet ſecundum illud: fugiendum, quod malum & inueniendum vndique quod bonum eſt, *Nou*.89.*princ. quib.mod. nat. efficiant ſui.*

4. Præterea Imperator damnat Eunomium diſcipulum AErij, *l. Arriani* 5.*ibi: Eunomiani C.de hæretic.& Manichæis & Nouell.* 42. *de Depoſit. Anthimi & Seueri,&c.* qui adeò bonis operibus fuit inimicus, vt aſſeueraret; nihil cuiquam quorumlibet perpetrationem aut perſeuerantiam peccatorum obeſſe, modò ſuæ fidei particeps eſſet *Aug.hæreſ.*54.

5. Ab iſto hæretico nouatores noſtri de ſola fide doctrinam mutuati ſunt. Nam ipſi docent, ſolam fidem, quam tamen hæretici non habent, *l. omnes vetitæ Cod.de hæretic.* iuſtificare, pias actiones nihil prodeſſe, bona opera nihil iuuare; quod ita auxit Amſdorffius, vt dixerit eſſe pernicioſa.

A quo hæretici doctrinam de ſola fide mutuati

Hæreticos non habere fidem.

6. Cæterum ex hoc principio, in eo ſenſu, quo nouatores accipiunt falſo, maximi & grauiſsimi profecti ſunt errores. Hinc enim ſtatuitur, nullum crimen eſſe peccatum, niſi incredulitatem, hinc abundat iniquitas, hinc refrigeſcit charitas, hinc tantò audacius diuina profanantur Sacramenta, quaſi nihil omninò ad Iuſtificationem noſtram conferãt, hinc pœnitentia ſuis ſpoliatur viribus, hinc ridetur contritio, reijcitur confeſsio, & omnis Eccleſiaſtica tollitur ſatisfactio. Hinc publicæ Eccleſiæ ſacrificium vi & efficacia ſua ſpoliatur, hinc ſacræ communionis effectus imminuitur & contemnitur, *vt alibi rectè ait Ederus IC.* No-

Errores ex doctrina de ſola fide.

Digitized by Google

Notandum verò Catholicis à ſectarijs non leuem inuri iniuriam, dum nimirum aiunt, eos proprijs operibus fidere, iiſque ſolis iuſtificari velle, quia nobis etiam vnam ſpem eſſe in Deo credimus, omnes ſcientes, quia hæc cunctis animę dabit ſalutem. Quemadmodum etiam credit ſacratiſsimus Imperator noſter, *in Nou.109. de Priuil. dotis hæret. mulier. non præſtand. in princ.* Vnam, *inquit*, nobis eſſe in omni Reip. & Imperij vita in Deo ſpē credimus, ſcientes, quia hæc nobis & animæ & Imperij dat ſalutem: vnde & legislationes noſtras inde pendere competit, & in eam reſpicere, & hoc eis principium eſſe, & medium & terminum. Neque tamen hoc fundamento efficitur, bona opera ad ſalutem non eſſe neceſſaria, vti iam probatum. 7. An Catholici ſolis velint iuſtificari operibus.

Nota 2. quòd Iuſtinia. ait, *in Nou. Conſt.132. de interdict. colleg. hæret.* primum eſſe & maximū bonū omnib. hominib. credim⁹ veræ & immaculatæ Chriſtianorū fidei rectā confeſsionem, vt per omnia hęc roboretur, & omnis orbis terrarū ſanctiſsimi ſacerdotes ad concordiā copulētur, & cōſone immaculatā Chriſtianorū confeſsionē prædicent, & omnē occaſionē, quæ ab hæreticis inuenitur, auferant. At hodie ſectarij diuerſiſsimas edunt cōfeſsiones, variaſq; habent denominationes, ſicut alibi oſtendimus, *in tit. de cognominatione ac moribus hæreticor.* 8.

Nota 3. malè requirere aduerſarios ad iuſtificationē ſolam fidē, quia præter fidē requiritur timor, *Nou.132. Nou.117. § His quoq;* Spes *Nou.109.* dilectio *l.8. C. de ſum. Trinit.* Contritio, propoſitū melioris vitæ, & obſeruationis mandatorū Dei, *tot. ca. ſupra de decal.* Inter hos autem actus primum locum tenet fides, quæ eſt fundamentum & radix totius ſalutis & iuſtificationis, *text. in dict. princ. Nou.132. de interdict. colleg. hæret. in princ.* 9. Quid præter fidem requiratur.

Not. 4. iuſtitiā ſemel acquiſitā amitti poſſe, *tex. in Nou.133. c.5. §. ſi quis deliquerit.* 10. An acquiſita iuſtitia poſsit amitti.

Digitized by Google

11\. An opera bona ſint meritoria.

Nota quintò opera bona eſſe meritoria, *d.Nou.* 133.*c.*5.*§.ſi quis deliquerit per tot. d.l.*34. *in princ.& §. ſancimus* 3. *& omnia ferè ſupra allegata iura hoc ad oculum docent.*

12\. An bona opera ſint inquinamenta.

Nota ſextò, abſurdum eſſe, quod ait Caluinus, omnia opera hominum nihil eſſe niſi inquinamenta & ſordes & apud Deum meram eſſe iniquitatem, *lib.*3.*Inſt.c.*12.*§.*4.14.§.9.*§.*11.*& cap.*15. §.3. *quia aduerſantur ſupra allegata iura, præſertim* Nou. 133. *cap.*5. *per tot.*

13\. An quis poſsit eſſe certus fide de Iuſtificatione.

Nota ſeptimò, nullum hominem poſſe habere certitudinem fidei de ſua iuſtificatione, *d.Nou.*132. *ibi: hæretici neque Dei cogitaut timorem, Nouell.*141. *princ. & c.*1.*§.*1.*Nouell.*14.

14\. An fides detur abſque charitate.

Nota octauò, fidem dari abſque charitate, *l.inter claras.* ibi, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio, &c. C.*de ſum.Trinit.*

15\. An actualis gratia tollat liberum arbitrium.

Nota 9. gratiam actualem, non tollere liberum arbitrium, *Nouell.*81.*c.*2.*in fin.Nou.*69.*c.*4.*§.*1.*Nou.* 137.*princ.*

CAP. CXVI.

DE QVADRAGESIMA ET ieiunio.

DIes quadrageſimales, qui auſpicio cæremoniarum, id eſt, cõſideratione & obſeruatione ieiuniorum & contẽplatione cœleſtium paſchale tempus anticipant, iure ſic celebrantur, vt diebus iſtis omnis cognitio criminalium quæſtionum inhibeatur.

1\. Imperatores Valent. Valens & Grat. *in l.quadraginta diebus* 6.*C.de ferijs.* Quadraginta diebus, qui auſpi-

auſpicio cæremoniarum paſchale tempus anticipant, omnis cognitio inhibetur criminaliũ quæſtionum, licet vſus hanc legem quoad cognitionẽ criminum antiquauerit, *eadem lex habetur lib.9.tit. de quæſtionib. Theodoſ.*

Deinde Chriſti actio noſtra eſt inſtitutio, ideo quantum noſtræ naturæ poſsibile eſt eum tam in beneuolentia & clementia, quam in ieiunio ac oratione imitari debemus, *l.23.C.de nupt.Nou.*40.*c.*1.§.1.*in fin.Nou.*81.*c.*2.*in fin.Nouell.*69. *cap.*4.§.1. 2.

Et ratio eſt huius theſis, quia ieiuniis & ſupplicationibus magnus ille Deus ſuper noſtris tranſgreſsionibus propitiatur, *text.elegans in l.certiſsimè* 34.§.*ſi vero quis* 4.*vbi vide latè. C.de Epiſc.aud.* 3.

Ieiuniis Deus propitiatur.

Hiſce poſtremo adde Impp.Honorium & Theodoſium, *in l.pen.C.de ferijs.* Prouinciarum præſides, *inquiunt*, moneantur, vt in quæſtionibus latronum & maximè Iſaurorum nullum quadrageſimæ tempus, nec venerabilem Paſchæ diem exiſtiment excipiendum. 4.

Cæterum ignorandum non eſt, cum olim Bizantij fames increbuiſſet, rerumq; neceſſariarum inopia, Imperatorem Iuſtinianum ſecunda ſtatim ieiunij hebdomada carnes in foro venales promulgaſſe, *teſte Nicephoro lib.7.c.32.* Sed hoc quidem per vim atq; ita poſtulante neceſsitate actum. Populũ autem, qui pietatem conſectandam ſtatuiſſet, neq; eas emiſſe, neque ediſſe, mortem ſibi potius adeundam eſſe cenſens, quam vt quicquam de patriis moribus & traditionibus mutaret. 5.

CAP. CXVII.

DE ECCLESIAE SACRAMENTIS.

CRedimus & veneramur VII. Sacroſanct. Cathol. Eccleſię Sacramenta.

1\. *Text.in l.1.C.ne ſacrum baptiſma iteretur, Nouell. 45.vt non liberentur curiali fortuna Iudæi,&c. princ. Nouell.57.vt clerici, qui recedunt,&c. princip. bonus textus in Nouell. Conſt.7. vt non luxurientur homines contra naturam,&c.c.1.* §.1.

2\. Et licet numerus in allegatis capitibus non addatur, tamen certus ſum, quod Iuſtinianus Catholiciſsimus Imperator non ſequatur opiniones nouorum concionatorum (quorum quidam 4. quidam 3. quidam 2. quidam vnum conſtituunt Sacramentum, *vti Lutherus initio ſuæ defectionis conſtituit. vid. Staphylum de Lutheranor. concordia.*) ſed magis iudicium Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui ſeſe humiliter ſubijcit, *d.l. inter claras per tot*, eiuſque ſacros canones (quos nunquam non dignatur ſequi, vt ipſe fatetur, *Nou.6.c.1.§.8.& paſsim.*) qui dicunt ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta, prout à Saluatore noſtro inſtituta ſunt. Etſi enim pronunciatum hoc: Septem ſunt legis nouæ Sacramenta in Euangelio clarè non habeatur, reuera tamen ſeptem cæremonias, reſque externas & non plures, per quas ipſe Deus gratiam det, & ſalutem hominum procuret, (quod idem eſt) exiſtere ſatis probat. Quod quidem ſequenti legitima inductione

Probantur ſeptem Eccleſiæ Sacramenta.

3\. patet. 1. Nam baptiſmus gratiam confert, quia animam regenerat, *Ioan. 3.l.1.C.ne ſacrum baptiſma reiteretur;&c. vide ſupra cap. de paruulis Iudæorum baptizandis.* 2. Confirmatio quoque per ſanctum Chriſma, & Sacroſancta verba confert gratiam, & robur Spiritus ſancti addit. *act.18.verſ.19. textus bonus in l.certiſsimè 34.§. & ſancimus 3. Cod. de Epiſcop. audient.* 3. Item ſacra Euchariſtia eandem largitur gratiam, quia vitam dat, & Chriſto incorporat, *Ioannis 6. Nou.109.c.2.* 4. Eandem in nobis efficaciter operatur Pœnitentia, quæ vis enim peccata dimittit, *Ioannis 20. Nouell.77. & Nouell. Conſtit.141.5.* Per

ordi-

Ordinis quoque ſuſceptionem gratia & poteſtas ſpiritualis tribuitur, prout ipſe D. Paulus de ordinatione Timothei expreſsè fatetur, 1. *ad Timoth.* 4. *verſ.* 14. *& d.* §. *ſancimus* 3. *& tot. Nouell.* 6. Quomodo oporteat Epiſcopos & reliquos clericos ad ordinationem adduci. 6. Sicut & actus ſacer coniunctio maris & fœminæ; nam ex illo datur poſſeſsio vaſis ſui in ſanctificatione & honore, non autem in actu concupiſcentiæ, 1. *ad Theſſ.* 4. *Confer Nouell.* 22 *princ. & Nouell.* 140. *quibus in locis laudes matrimonij recitantur, & in Nouell. Leonis* 27. 7. Quod & efficit finaliter Extrema vnctio, quia infirmum ſaluat, & peccata dimittit *Iacob. vlt.* Nec alia præter hæc hunc operantur effectum? Ergo ſeptem & non plura, aut pauciora erunt Sacramenta, prout Eccleſia perpetuo conſeruauit & credidit.

CAP. CXVIII.

DE SACRAMENTO CONFESſionis eiuſque annexis partibus.

CONfeſſionem auricularem, vtpotè ad ſalutem proficuam merito Catholici probant, neque generaliter, ſed ſpecialiter ſacerdoti peccata ſunt recenſenda.

Hoc probat ſecundum Doctores, *L. Archigerontes* 5. *C de Epiſcop. audient.* voluntque ex eodem textu Seniores presbyteros ad confeſsiones audiendas deputari debere. Archigerontes, inquit, Diæcetæque Ergaſiatanorum, (id eſt, ſacerdotes) non niſi Chriſtiani dirigantur (vt ijs peccata confiteantur & pœnitentiam indulgeant,) quod officium ſollicitus obſeruetur excubijs. 1. Seniores ad confeſsiones excipiendas deputandi.

Licet vero iſte textus, ſecundum recentiores *Hotomannum, Gothof. ibid.* probare hoc non videatur, tamen text. eſt ineuitabilis & elegantiſsimus *in Nou. Conſt.* 141. *de his qui luxuriantur contra naturam.* vbi hortatur Imperator, vt qui hoc morbo luxuriæ laborant, confiteantur id beatiſsimo Patriarchæ. Nam ait: Qui hoc morbi genere contabuerunt, vt nimirum contra naturam luxurientur, illi non ſolum de cætero peccare deſinant, ſed etiam ritè agant pœnitentiam, & coram Deo procidant, & morbum beatiſsimo Patriarchæ renuncient, rationemque curationis percipiant, &, prout ſcriptum eſt, fructus producant pœnitentiæ.

Contritio confeſsio. ſatisfactio.

3. **De ſatisfactione.**

Ecce non tantum contritio atque confeſsio, ſed etiam tertia pœnitentiæ pars, *ſatisfactio* iure ciuili diſertè probatur, quam tantopere contemnunt ſectarij. Rectè namque docent Catholici non ſatis eſſe dolorem afferre, & peccata ſacerdoti aperire, ab eoque verbis abſolutionis remiſsionem conſequi, ſed neceſſarium etiam fructus facere dignos pœnitentiæ, *d. Nou.* 141. *& Nouell.* 123. *de ſanctiſsimis Epiſc. c.* 10. ibi: Si autem medio tempore oſtenderit dignam vitij pœnitentiam, &c. *& Nouell.* 5. *de Monachis c.* 4. *in verb.* Ipſe quidem ſciat, quam pro hoc dabit Deo ſatisfactionem, &c. *& c.* 8. Ipſe autem, *ait, (loquitur de clerico vxorem ducēte,)* apud ſemetipſum degens & agnoſcens, qualem pro hoc daturus ſit magno Deo ſatisfactionem, *& c.* 2. *§.* 2. *verſ.* attamen ſufficit ad mediocrem purgationē peccatorum, & virtutis augmentum, &c. *l. certiſsimè* 34. *§.* 4. *C. de Epiſc.* vbi dicitur, ſi quis clericorū ludat teſſeris, ſiue aleis aut ludentib. cōmunicet, aut conuerſetur, aut vna recreetur, aut vna cum ijs agat, aut eis teſtimonium perhibeat, eum à ſacra ſeparari liturgia, & huic (*pro pœnitentia, & ſatisfa-*

Iuſtificatio ad gloriam.

Pœna ſacerdotis aleis ludentis aut ludentibus communicantis.

Digitized by Google

tiſfactione,)imponi canonicam pœnam,& definiri tempus,intra quod conueniat ipſum ieiuniis & ſupplicationibus vtentem magnum propitiari Deum,ſuper tali trangeſsione, & ſi per definitum tempus,qui talem pœnam ſuſcepit,maneat***lachrymis & pœnitentia & ieiunio,***&ad Dominum Deum oratione remiſsionem delicti exorans, confeſtim eum, cui ſubiectus eſt, hoc diligenter cognito & ſolicitè requiſito, communem quidem pro ipſo orationem fieri curabit. & cum omni diligentia iniunget ipſi, vt poſtea à tali ſacerdotii dedecoratione abſtineat; ***& Nouell.***133. ***Quomod. Monach.oporteat viuere.c.***5. Si quis, ***inquit.*** deliquerit (nam multa ſunt humana, & nullus poteſt naturam ſic retinere,vt non peccet nihil, (ſaltem venialiter) hoc enim proprium eſt ſolum Dei) hunc ſi quidem mediocre peccatum eſt, & monere & ſuſpendere,***& Pœnitentia ei dare tempus,***vt meliorem ordinem ſumens,mox reuertatur ad ſemetipſum, ***& non quos iam poſuit (NB) amittat labores.*** Si vero maior culpæ ſit modus, ſecundum commiſſum & medelam correctionis eſſe, & rurſus admonitionem vehementiorem, ***& Pœnitentiam*** fortem exigere:& ſiquidem valuerit iſtis modis amouere lapſum,& corrumpi cæptum (hoc autem & in mulieribus conuerſis & viris dicimus) grates agere magno Deo,cum & in cælo fiat magnum gaudium angelicis virtutibus,quando aliquis ſaluus fit peccatorum. Si vero potiores vltra medicinam cauſæ fiant, tunc etiam expelli eum à monaſterio,quatenus dans ſemetipſum ex melioribus ad peiora, ipſe ſuis malis potiatur ſolus, & non per eius malum etiam alij violentur,ſicut morboſorum, & inexcuſabiliter languentium iumentorum,&c. ***& tex.in Nouell.***144.***c.***2.vbi dicitur Lõgi temporis ***(biennij) pœnitentia*** nos prorſus re-

Ieiuniis & ſupplicationibus propitiatur Deus.

An poſsit quis eſſe ſine peccato.

In cœlo magnum gaudium peccatore reſipiſcente.

Digitized by Google

demptionis fructum conſequi.

4. Ita ſanctus Ambroſius cum Mediolanenſis Epiſcopus eſſet, vt alios taceam Theodoſium Imperatorem non ſolum excluſit à communione, & ingreſſu templi, ſed etiam ad publicam pœnitentiam, depoſita purpura omnique regio ornatu, adegit, quod apud Theſſalonicam aliquot millia hominum indicta cauſa ipſius iuſſu trucidata eſſent, vt neſcias maiorem Epiſcopi libertas, an Imperatoris obedientia, animique demiſsio admirationem mereatur *c. cum apud* 11. *q.* 3. Ac vt eius rei perpetuum eſſet monumentum, pleniorque eſſet ſatisfactio, ſuis monitis & exhortationibus perfecit Ambroſius, vt legem promulgaret Imperator, quæ etiamnum in Codice Iuſtiniani inter Conſtitutiones imperatorias extat. *l. ſi vindicari* 10. *C. de pœnis*: Si vindicari, *inquit*, in aliquos ſeuerius contra noſtram conſuetudinem pro cauſæ intuitu iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam; ſed per dies triginta ſuper ſtatum eorum ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſanè excipiat, vinciatque cuſtodia, & excubijs ſolertibus vigilanter obſeruet &c.

Factum Ambroſii laudabile.

5 Ratio huius capituli eſt, *in Nouell. Conſt.* 77. *Vt non luxurientur homines contra naturam &c. in princ.* Quoniam, *inquit*, Dei miſericordia non perditionem, ſed conuerſionem & ſalutem vult peccatoris, & delinquentes, qui corriguntur, ſuſcepit Deus; propter quod nos omnes inuitamus Dei timorem in ſenſibus accipere, & inuocare eius placationem, & nouimus, quia omnes, qui dominum diligunt, & miſericordiam eius ſuſtinent, hoc faciunt. *& textus in* Nouell. 141. *in princ.* Cum ſemper omnes, *inquit*, benignitatē ac bonitate Dei indigeamus, tum vero maxime hoc tempore, cumpropter peccatorum noſtrorum multitudinem variis

Omnes bonitate Dei indigemus.

ipſum

Digitized by Google

ipſum modis ad iracundiã prouocauimus, & quanquã minatus eſt, & clarè oſtendit, quib. ſecundũ peccata noſtra digni eſſemus: tamẽ clementer nobiſcũ egit, iramq; ſuã in aliud tẽpus reiecit, noſtrã expectans pœnitentiã, vt qui nolit mortẽ noſtram peccatorũ, ſed conuerſionẽ & vitã. Quapropter iuſtũ nõ fuerit, vt oẽs nos opulentiã bonitatis ac tolerantiæ ac longanimitatis benigni Dei contẽnamus, ne in obduratum & pœnitentiã refugiens cor noſtrum irã nobis in die iræ accumulemus, ſed oẽs improbis ſtudijs & actionibus abſtineamus, & c. i. quare fructus producamus pœnitentiæ dignos, vt benignus Deus pro opulentia noſtra miſerationũ ſuarum dignetur nos quoque benignitate, & oẽs illi agamus gratias de pœnitentiũ ſalute, quosmodo iuſsimus, vt etiam magiſtratus perſequerentur, conciliãtes ſibi Deum, qui merito nobis iraſcitur, & quidem ſcientes prudenteſq; ad ſanctorum dierum reuerẽtiam benignũ Deum obſecramus, vt ita hi, qui impie huius actionis cœno conquinati ſunt, pœnitentiam capeſſant, ne alia nobis perſequendi eius flagitij præbeatur occaſio. Prædicimus autẽ omnib. deinceps, qui huiuſmodi alicuius peccati ſibi conſcij ſunt, niſi peccare deſierint, & ſeipſos renunciantes Beatiſsimo Patriarchæ ſalutis ſuæ curã geſſerint, pro tã impijs actionibus Deum intra ſanctũ feſtum, ideſt, quale præcipue eſt feſtũ paſchæ, *Nouell.* 163. c. 1. placantes quod acerbiora ſibi accerſent ſupplicia, nimirũ qui nulla de cætero venia digni habebuntur. Neq; enim de eius rei inquiſitione ac correctione quidquam relaxabitur, negligentiuſq; tractabitur contra eos qui intra ſanctum feſtum ſe non detulerint, aut in tam impia actione perſtiterint, ne ſi omiſſo circa id animo ſimus, Deum contra nos irritemus, quod cæcutientib. oculis tranſmiſerimus actionẽ tam

Nota contra Caluinum eſſe in poteſtate noſtra conſentire vel reſiſtere gratiæ actuali act. 7. 51.

Peccata ſacerdoti approbato cõfitenda & SS. Euchariſtia circa feſtum Paſchæ ſumenda.

Digitized by Google

tam impiam ac prohibitam, & quæ maximè idonea ſit, vt bonum illum Deum in omnium perniciem ad iram prouocet, *& l. inter claras* & *in fin. C. de ſumma Trinitat.* vbi dicitur, quod gremium ſuum redeuntibus nunquam clandat Eccleſia: Lapſis etenim & errantibus ſubuenitur pœnitentia *l. hi qui ſanctam* C. *de Apoſtat. vbi vide latius.* Et delicti venia pœnitentibus datur *l. manichæos* 4. §. *ſed nec* 6. *C. de hæret. dict.* Nouell. 123. *cap.* 10. Nouell. 109. *de priuileg. dot. cap.* 2. Nouell. 2. Nouell. 17. *ca.* 18. *d. l.* 8. *in fin.*

Cap. CXIX.

De Matrimonio sine parentum conſenſu conſummato.

MAtrimonium citra parentum conſenſum conſummatum, retractandum aut reſcindendum non eſt.

Vlpianus *in l.* 1. §. *fin. D. de Liberis exhibend.* Si quis, *inquit*, filiam ſuam, quæ mihi nupta ſit, velit abducere, vel exhiberi ſibi deſideret, an aduerſus interdictum exceptio danda ſit, ſi fortè pater concordans matrimonium fortè & liberis ſubnixum velit diſſoluere. Et certo Iure vtimur, ne bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbentur, quod tamen ſic erit adhibendum, vt patri perſuadeatur, ne acerbè patriam poteſtatem (*contra ius*) exerceat, *confer Paulum* 2. *ſentent.* 19.

Quod ſi quis præſupponere velit *in d.* §. *fin.* patris conſenſum nuptiis filiæ ab initio interueniſ-

ſe.

ſe,ideoq; eum merito repelli, quod alias factum non fuiſſet, ſi nuptiis non conſenſiſſet. Reſpondeo nullo modo patris conſenſum eſſe præſupponendum: Nam ſi eius cum conſenſu initum fuiſſet matrimonium, certi iuris fuiſſet patrem propriæ voluntati contrauenire non debuiſſe, At iam parens in nuptias filiæ non conſenſerat, vnde dubium erat, an eam nuptam rectè abducere, vel ſibi exhiberi deſideraret? Verum quia bene concordatum matrimonium nullo modo veniebat dirimendum *d.l.*1.§. *fin.l.miles* 11.§.*licet ei* 11. *Ad L. Iul. de adulter*. Solutionem enim matrimonij difficiliorem eſſe debere, fauor imperat liberorum *l. conſenſu* 8. *princ.* C.*de repud.* humanius erat matrimonium citra parentum conſenſum contractum atque conſummatum iure patriæ poteſtatis non turbari. Quinimo ſi parens filiam vxorem inuitam detineret, de vxore exhibenda vel ducenda, pater à marito rectè cõueniretur. *l.*2.*D.de lib.exhibend. l.ſi inuita* 11.*C.de nuptijs.l.* 3. *C.de liberis exhibend.* Neque enim liberam facultatem contrahendi atque diſtrahendi matrimonii transferre ad neceſsitatem oportet. *l. neque ab initio* 14. *C. de nuptiis.*

Adde ſi ſpirituale matrimonium parentibus inuitis contractum atque conſummatum iure patriæ poteſtatis reſcindere non licet. *l.vt non liceat* 55. *l. Deo nobis* 56.§. *hoc etiam l. C. de Epiſcopis & clericis* Nouell. 123. *ca.* 41. neque licebit carnale, quia non magna eſt diuerſitatis ratio. 2.

Concordat Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *c.*1. Iure damnandi ſunt illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe negant, quique falſo affirmant matrimonia à filiis f. ſine Parentum conſenſu contracta irrita 3.

eſſe,

eſſe; & parentes ea rata vel irrita facere poſſe.

4 Sectarij matrimonium citra parentum conſenſum conſummatum omnino reſcindunt *Old. 4. claſſ. 26. Beza tract. de diuort pag. 147. & ſeq. Baſil. Monner. tract. de clandeſtin. coniug. Althuſ. 1. Iuriſp. 38.*

5 Cæterum occaſione huius quæſtionis aliæ plures eiuſdem materiæ tractandæ occurrerent; In ſpecie illa admodum vulgata ac trita quæſtio: An liberi de Iure canonico ſine parentum conſenſu matrimonium contrahere poſsint. *De qua vide Couarr p. 2. c. 2. §. 8. n. 1. Bellarm. in 2. tom. controuerſ. fid. De Sacrament. Matrimon. lib. 1. cap. 19. Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de reformat. matrimon. cap. 1. Conſtitutiones Imperij Auguſtæ factæ anno 1548. tit.* Võ Sacrament der Ehe / darumb dieweil. *Mozzius tract. de diuort. p. 1. c. 7. n. 12. Gregor. Tholoſ. in Synt. Iur Canon. lib. 3. tit. 21. c. 3. ſteph. de Maleſcot. tract. de nupt. cap. 4. quibus Coſtal. libr. quæſt. Iur. cap. 12.*

6 Diſſentiunt ab his Coraſ. *libr. 1. miſcell. 17. Chaſſ. in Glor. mund. p. 12. Conſiderat. 36. Old. 4. claſ. 26. Duaren. ad tit. Solut. matrim. cap. 2. Borchhold. ad princ. inſt. De nupt. & tract. de grad. cap. quo modus contr. matrimon. Albericus Gentil. diſput. de nupt. lib. 4. Palæot. tract. de ſpuriis c. 8.*

7 Item an patris ratihabitio liberorum nuptias ſubſequens ab initio filij iuſtas nuptias efficiat, quod de Iure ciuili negant Cuiac. 3. *obſ. 3. Hotom. illuſt. q. c. 9. Cont. lib. 1. diſp. 7. Borch. in princ. Inſt. de nuptiis.* Diſſentiunt VVeſenbec. & Pacius *ibid. &c.*

8 Item an ſtatuta conſenſum parentum, vel ijs mor-

mortuis curatorum exigentia, ſint iuſta. Quod affirmat. *Pariſ.3.conſ.29.n.42.* At negant vulgo doctores, *Decius in l.30.de Reg.Iur.n.9.*

Item an ob cauſam non requiſiti parentum conſenſus liberi exhæredari poſſint. De qua quæſtione vide Decium *ad d.l nuptias* 30. *n.* 13. *& in conſ.*231. *Vaſq. de ſucceſſ.creat.libr.*1.§.1. *n.* 628.*&* 632. *Couarr. in Epith. de ſponſalib. in* 2. *part. c.*3.§.8. *n.*5. *Fach.lib.*3. *controuerſ.ca.*44. *Contius* 1. *ſubſec.* 4. *n.*7. *Borch. de gradib. fol.*70. *Hotom. illuſt. quæſt.* 9. *Fr. Sarmient.*1. *ſelect.*11.*n.*8. *Beuſt.de Sponſalib. cap.* 20. *VVurmbſ. pract. obſeruat tit.* 39. *De teſtament. obſ.*19.*Cuiac, ad Nouell.*18. *Pariſ.dict.vol.*3. *conſ.*29. *n.*60.*& ſeq.*

A quibus diſſentiunt *Coraſ.* 1. *miſcell.* 171.*n.*5. *Duaren.ad tit. de nuptiis ca.*2. *poſt Caſtrenſ. in l. ſi filiam* C. *de in officio &c. teſtament. Bald. in libr. nec filium* C. *de nupt.Gloſſ. in c. raptor* 36.*q.*1.22. 10

At cum iſtæ ac ſimiles Iuris quæſtiones copioſe à præfatis Iureconſultis diſputentur, Iuriſſtudioſum gratia breuitatis eo remitto.*l.*25. 11

Cap. CXX.

DE POLYGAMIA XXVIII.

Polygamia Iureciuili omnino eſt prohibita.

Quia *inquit, textus Inſt.*§. *affinitatis de nuptiis*, duas vxores eodem tempore ſimul habere non licet, *&* §.7. Ideo impediuntur tibi nuptiæ quia duas vxores habere nō potes. Diocletian⁹ & Maximianus Imperator: *in l.neminē.*2.*C.de Inceſtis & inutil. nuptiis*. Neminem, qui ſub ditione ſit Romani

Digitized by Google

nominis, binas vxores habere poſſe vulgo patet, cum etiam in edicto prætoris huiuſmodi viri infamia notati ſint, quam rem competens iudex inultam eſſe non patietur. Gallienus & Valerianus Imperatores *in li.eum qui* 18. *C.ad li. Iul. de adult.* Eum qui duas habuit vxores ſine dubitatione comitatur infamia. *Ordinatio Caroli quinti pœnalis* C. 121. *tot.tit D. de ritu nuptiar.* Eodē modo legibus prohibetur vxorem habere ſimul & concubinam *l.fin. C.Commun.de Manumiſſ.l.fin.C. de Concubin.* Valeat igitur illud Lutheri: Si non vult vxor, veniat ancilla.

Cap. CXXI.

An Matrimonium ob alterius coniugis deſertionem ſoluatur.

MAtrimonium non dirimitur ob alterius coniugis deſertionem, niſi morte ſubſecuta & in veritate probata.

1\. Ita textus in *Nouell.* 117. *Vt liceat matri & auiæ &c. c.* 11. *& auth. hodie C.de repudiis.* Nam hodie quantiſcunque annis maritus fuerit in expeditione, mulier ſuſtinere debet, licet neque literas neque reſponſum ab eo acceperit; ſed ſi mortuum audierit, non prius nubat, quam per ſe vel per alium eum ſub quo militabat adiens interrogauerit, ſi pro veritate mortuus eſt, vt apud acta deponatur cum iureiurando ſi mortuus ſit, quo ſubſecuto poſt annum nubet. Si vero præter hæc nupſerit, tam ipſa quam qui eam duxerit velut adulteri puniantur.

Et

Et ita per iſtam Nouellam corrigitur *Lex vxores.9.D.de diuortiis,& repud. quæ eſt Iuliani* IC. vbi ſi in incerto ſit,an maritus viuus apud hoſtes retineatur, vel morte præuentus ſit, tunc ſi quinquennium à tempore captiuitatis exceſſerit, dicitur quod mulier habeat licentiam migrandi ad alias nuptias,&c. 2.

Item corrigitur, *lex Conſtantini quæ eſt l.7. C.de repud. & Nouell. 22.c.14.* Nam lege Conſtantini, vxor ſi quadriennio nullum ſoſpitatis mariti indicium accepiſſet, certa ſolennitate præeunte impune nubere poterat. *d.l.7.4.* 3.

Lege Iuſtiniani quadriennium, Conſtantini ad decennium prorogatum eſt *dict. Nou.22.c.14.* quod decennium hodie in incertum tempus eſt mutatum *dict. Nou.117.c.11.* Et quidem rectè autoritate Pauli 1.*ad Corinth.7.verſ.*10.*&* 11. 4.

Atqui conſiſtoria Euangelica permittunt matrimonij diſſolutionem in totum ob alterius coniugis malitioſam, vt vocant, deſertionem, & deſerto alias nuptias concedunt morte ſubſecuta vel non. 5.

CAP. CXXII.

DE HIS, QVI MATRIMONIO ob adulterium ſoluto altera parte ſuperſtite contrahere volunt.

CONiugio ob adulterium diſſoluto non licet altera parte ſuperſtite de nouo contrahere.

Textus eſſe videtur in Nouell. 134. C. 10. §. *adulteram.* Nam hodie adultera verbe rata in monaſte- 1.

Digitized by Google

rium mittitur, quam intra biennium licet repetere.

2. Si poſt ſeparationem coniugum ob adulterium innocenti parti liceret aliud coniugium inire, ſic marito poſt biennium fruſtra optio daretur recipiendi in thorum adulteram, cum iam aliam duxerit, aut ducere potuiſſet.

3. *Item textus in Nouell.* 22. *de nuptiis cap.* 15.§. Vbi ſecundum Theodoſij conſtitutionem, ſi mulier potuerit oſtendere maritum adulterio delinquentem aut reum homicidij aut veneficij, aut eiuſmodi horrenda ſcelera patrantem, licentiam dat ei lex repudio vti, & nuptijs abſtinere (alijs) dotemque percipere. Ita tenet Ioan. Paul. VVindek *in Theologia Iuriſconſultorum lib.* 1. *loc.* 44.

4. Sed ſectarij volunt matrimonium alterius coniugis adulterio ita diſſolui, vt dimiſſo ob adulterium vno, pars innocens cum alio nuptias contrahere poſsit. quo allegant *Nouell.* 22. *c.* 16. *in princip.* Si vero, *inquit*, etiam rationabiliter mulier repudium miſerit & in certaminibus vicerit, aut vir irrationabiliter eam abijciens ſubiacuerit pœnis: lucretur quidem lucra primitus dicta: erubeſcat autem ante annum completum ad ſecunda vota venire. Quod non obſeruandum nobis eſt in viro irrationabiliter obtinente talia lucra: cum & non obtinenti etiam repente nuptias facere licet: quoniam nulla circa ſobolis confuſionem rationabilis eſt ſuſpicio: Quod in mulieribus ante anni completionem recte prohibetur. Et tanta eſt prohibitio ex hoc, quia licet bona gratia diſſolui matrimonium contingat, tamen etiam ex Anaſtaſij piæ memoriæ Conſtitutione in annum prohibitio ſecundarum nuptiarum mulieribus inſtituta eſt. *Et Nou.* 117. *vt liceat matri & auia, &c. cap.* 7. Et ſiquidem pater occaſionem ſeparationis præ-

Digitized by Google

præbeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias, apud matrem nutriatur, expenſas patre præbente.

Imo volunt ſectarij etiam partem nocentem certis tamen legibus contrahere poſſe, quod limitant, niſi vterque ſit nocens, *Beza tract. de diuortiis pag.* 156. 169. *Bucer* 2. *De regno Chriſti* 22. *&* 24. *& in c.* 19. *Matth. ait.* Siue iuſte ſiue iniuſte repudiata aliqua fuerit, ſi nulla ſit ſpes ad priorem virum redeundi, cupiat autem pie viuere, maritoque opus habeat, ducens eam haudquaquam peccabit. *Sequitur Treutler. in ſuis diſputat. tit. de nuptiis & alij plurimi.* 5.

Theologi noſtri docent contrarium, matrimonium adulterio non in totum diſſolui, ſed quo ad menſam & thorum tantum, quod ſequuntur Canones *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. *cauſ.* 32. *quæſt.* 7. *& paſſim.* 6.

CAP. CXXIII.

CONCLVSIO.

HActenus igitur Sacroſanctæ Catholicæ Eccleſiæ dogmata ex Iure ciuili comprobaui, Hæreticorum verò falſas opiniones ſolidiſsime refutaui. Itaque nunc concludam libellum meum cum Iuſtiniani Imperatoris Catholiciſsimi *Nouella conſtitutione* 132. Primum igitur, inquit, eſſe maximum bonum omnibus hominibus credimus, veræ & immaculatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſsionem, vt per omnia lege roboretur, & omnis orbis terrarum ſanctiſsimi ſacerdotes ad concordiam copulentur & conſonè Chriſtianorum confeſsionem prædicent, & om-

nem occaſionem, quæ ab hæreticis inuenitur, auferant, quod oſtenditur diuerſis ſcriptis à nobis libris atque edictis. Sed quoniam hæretici neque Dei cogitant timorem, neque interminatis talibus pœnis ex legum ſeueritate conſiderantes diaboli opus implent, & quoſdam ſimplicium ſeducentes ſanctæ fidei Catholicæ & Apoſtolicæ adulteras collectas & adultera Baptiſmata latenter faciunt, pietatis exiſtimauimus per præſens noſtrum edictum monere eos, qui tales ſunt, quatenus & ipſi recedant ab hæretica veſania, & nec aliorum animas per ſimplicitatem perdant, ſed magis concurrant ad Sanctam Dei Eccleſiam, in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreſes cum principibus ſuis anathematizantur. Noſſe enim volumus omnes, quaſi ſi de cætero aliqui inueniantur aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionem, nequaquam omnino eos ferimus, ſed domos quidem, vbi aliquid delinquitur ſanctæ aſsignamus Eccleſiæ, his autem qui colligunt aut apud ſe colliguntur ex conſtitutionibus pœnas inferri omnibus modis iubemus. Hactenus Imperator.

Cap. CXXIV.

RESPONSIO AD PRAETENSA argumenta Zoilorum.

SEd video hic neceſſarium reſpondere quibuſdam zoilorum leuioribus argumentis, quæ fortè huic libello, licet temere, obijcere poſſent.

I. An Iuſtinianus in cauſis religionum ſit fidus teſtis.

Primo non obſtat quod aiunt: Iuſtinianus Imperator in hoc tam arduo religionis negotio nequit eſſe fidus teſtis, cum fuerit homo imperitus anal-

analphabetus. Imo qui in hæreſin Arianam inciderit, adeoque in ea, vt quidam volunt, ſit mortuus. Reſpondeo enim falſum eſſe, quod dicitur Imperatorem noſtrum Iuris fuiſſe imperitum, aut etiam analphabetum. Etenim contrarium ſatis luculenter patet; ex vnico §. Quas ex omnibus 6. in Procemio Inſt. vbi ait, Imperator quatuor Inſtitutionum libros ſibi à Triboniano, Theophilo, ac Dorotheo oblatos fuiſſe, eoſque ſe legiſſe, recognouiſſe, nec non plenum robur addidiſſe. Quomodo igitur ſi literas legere, & Iuris Inſtitutiones recognoſcere potuit, iuris atque literarum imperitus eſſe potuit? Quin & Platin. *in lib. de vit. Pontificum in Bonifac. 2.* ſcribit Iuſtinianum tanti ingenij, tantæque doctrinæ fuiſſe, vt non ſit mirum ſi leges Romanas ſparſas & incompoſitas in ordinem redegerit, ac addit Iuſtinianum non modo Iura condidiſſe, ſed de Chriſti quoque incarnatione piè ſimul & eleganter ſcripſiſſe. Deinde concedamus Iuſtinianum analphabetum fuiſſe, nihilominus Imperatoriæ Conſtitutiones eius nomine editæ ſatis clarè docent & atteſtantur, ſuo tempore, id eſt, ante mille & plures annos non aliam quam modernam Romanam religionem excultam fuiſſe.

An Iuſtinianus fuerit literarum peritus.

Quod obijcitur Iuſtinianum in Arianam hæreſin collapſum, in eaque mortuum fuiſſe, veriſimile non videtur. Nam Mynſing. *in addit ad Zaſ. in Rubric. tit. de Iuſtit. & Iur.* (vbi Zaſius *num.* 1. dixerat, Iuſtinianum ab initio quidem Chriſtianum fuiſſe, poſtea tamen in hæreſin Arianam lapſum, in eaque mortuum, & proinde parum conuenire, vt Chriſtianus nominetur, cum in fide Chriſtiana non permanſerit, *Gloſſ. in c. firmiter de ſumma Trinit.*) expreſſe tenet contrarium, dicit enim: Iuſtinianus legitur quidem incidiſſe in Arianam hæreſin, ſed

An Iuſtinianus in hæreſin lapſus?

Digitized by Google

ſin, ſed ab Agapeto Pontifice mox monitum Chriſtianæ fidei confeſsionem recepiſſe atque obſeruaſſe, vt Princeps fide Chriſtianus, operibus rectus, iudicijs iuſtus, multiſque nominibus bonus merito appellari poſsit. *teſte Paul. Diacon. in* 18. *rerum Romanar. ad Eutropium lib.* 1. Nec ego Iuſtinianum incidiſſe in aliquam hæreſin in eaque mortuum fuiſſe exiſtimarem. Non enim præſumendum eſt, vt is, qui tantum fidei ardorem, & mentis deuotionem & religionis ſtudium, *l.* 8. *C. de ſumma Trinit.* qui maximam habuit ſollicitudinem circa vera Dei dogmata, *Nouell.* 6. *princ.* 1. qui tam piè de omnibus Sacroſanctis Eccleſijs ſenſit, & tam benè de eis meruit, vt ei non minor cura fuerit horum, quæ Sanctiſsimis Eccleſijs proſunt, quam propriæ animæ, *Nouell.* 3. *in fin. Nouell.* 57 *in fin.* qui pietate atque ſapientia omnes, quotquot vnquam imperarunt, ſuperauit *Nou.* 140. qui Arianam ſectam edictis grauiſsimis perſecutus, *tot. tit. C. de hæretic.* vt is nimirum exierit è nobis, ſegregauerit ſe & diſceſſerit à fide orthodoxa. Cui accedat quod ipſe Iuſtinian. inter ſanctos relatus dicitur, vnde non debuit mori in aliqua hæreſi. Quod autem ſit poſitus in Catalogo ſanctorum, refert Bartol. *in Rubr. C. & in proœmio digeſtorum veteri, ſuper prima rubrica.* Et Ioan. Faber Aquitanus, *ſuper rub. proœmij Inſtit.* dicit ſe vidiſſe nomen Iuſtiniani ſcriptũ in Catalogo ſanctorum, *Calend. Auguſt. Gennadius etiam, qui proſecutus fuit libellum Hieronymi de viris illuſtribus Eccleſiaſticis ponit Iuſtinianum inter illos, vti refert & ſequitur Ioannes Baptiſta, de Gazalupis in modo ſtudendi in vtroque Iure poſt documentum* 10. *in compilatione Iuris ciuilis.*

[Iuſtinianus inter ſanctos relatus.]

2. Secundo nihil mouet iſta obiectio ſectariorum, dicat ius quid velit, ius ciuile cedit ſcripturæ, habemus ſacrã ſcripturam pro nobis, nihil curamus

ſexcen-

ſexcentos Iuſtinianos, ſexcentos Iuris ciuilis textus, Scripta Apoſtolorum longè ſunt anteferenda traditionibus humanis, licet Iuſtinianus à mille & vltro annis confirmet Romanam Papæ Eccleſiam, eiuſque fidei articulos, non inde ſequitur eius Confeſsionem Euangelicam aut Apoſtolicam eſſe: Etenim mille annis iniquum, nunquam æquũ eſt: Malè enim adinuenta, malæque conſuetudines neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmantur. *Nouell.* 134. *c.* 1. Ethnicorum, Iudæorum, Græcorum, Armenicorum, AEthiopum Eccleſiæ diu quoque durarunt, non tamen Apoſtolicæ aut Catholicæ cenſendæ. Quare antiquitati nihil tribuendum, maximè cum ſacrę ſcripturæ repugnet. Ecce multi ſic imperitè ratiocinantur. Vnde reſpondeo, nouatorum nouam fidem in ſacra Scriptura nullibi eſſe fundatam. Illi quidem hoc affirmant & probare debebant, ſed in probatione deficiunt. Concedunt Apoſtolicam atque Euangelicam doctrinam apud Pontifices immotam atque illæſam ſtetiſſe, vſque ad tempora Damaſi Pontificis, vel potius Gregorij Magni, poſtmodum defeciſſe, in eaque maximas tenebras cum maximis ſuperſtitionibus ſuccreuiſſe: Probare hoc debebant, ſed in probatione deficiunt. Quomodo enim ea quæ commentitia ac concinnata ſunt probabunt atque tuebuntur, vt loquuntur de hæretic. Imppp. Theodoſ. Valent. & Arcad. *in l. hi qui* 3. *C. de apoſtat.* vel quam aliam à temporibus Apoſtolorum vſque ad Lutherum demonſtrare poſſunt Eccleſiam, in qua prædicatum ſit verbum Dei, niſi Romanam Catholicam, vel vbi potuit olim aliud inueniri medium ſalutis, quam in SS. Romana Eccleſia. Nos licet minimè teneamur, libenter probauimus, eãdem Apoſtolicam atque Euangelicam doctrinam, (quam tempore Damaſi Pontificis atque Gregorij

Digitized by Google

Maximi Sacroſancta Romana prædicauit Eccleſia) Catholicos noſtros in hodiernum vſque diem retinuiſſe, & ab ea ne tranſuerſum quidem vnguem diſceſsiſſe. Idque ex Iure ciuili. Neque enim probare volui, quomodo fidei noſtræ articuli ſcripturis conſentiant. Nam hoc iam olim abundè præſtitere Bellarminus, Coſterus, Piſtorius, Becanus, & alij infiniti. Non ſum enim profeſsione Theologus, ſufficit mihi, dum hæretici Iuri diuino, Canonico adeoque omnibus patrum traditionibus & fide dignis hiſtoriographis fidem adhibere noluerint, ex ſolo Iure ciuili, quod ab Imperatore Iuſtiniano, teſte locuplete (vt eum nominat Henricus Bullingerus in *tract. de orig. cult. diuorum c.* 21.) & omni exceptione maiore compoſitum, tanta apud omnes Iuris ſtudioſos atque conſultos pollet autoritate, claris textib. comprobare, ante mille & plures annos in Romana Eccleſia aliter creditum non fuiſſe, quam etiamnum hodie nos Catholici credimus.

Iuſtinianus teſtis omni exceptione maior.

Nihil verò obſtat, quod obijcitur propterea antiquitati nihil fidendum, quia & Ethnicorum, Iudæorum, Græcorum, Arabum Eccleſię diu durarũt. Reſpondeo impium eſſe figmenta Ethnicorum cũ veritate Chriſti comparare, quia Ethnici ſicut & ipſi Iudæi in Euangelica Eccleſia (de cuius autoritate quæritur) nunquam fuerunt, verum enim Meſsiam nunquam agnouerunt, neque acceptarũt. Accedat quod Chriſti doctrina in veritate, in Prophetia, figura atque fide ſaltem in genere fuerit antiquior lege Moſaica. Initium namque ſumpſit in paradiſo, & ab antiquiſsimis promiſsionibus Patriarchis à Deo factis. Græci, AEthiopes, AEgyptij & alij originem habuere quidem ab Apoſtolis, ſed in vera fide non diu permanſere, aliterque docuere, quam SS. Patres in SS. Romana Eccleſia, vt ſatis conſtat ex hiſtorijs.

Tertiò

Tertio nihil importat, quod tantum ex Imperatore Iuſtiniano Theologicam hanc conſcripſerim Iuriſprudentiam, cum ante eum etiam alij pij vixerint principes, qui eandem ſunt amplexi fidẽ, & horum conſtitutiones merito edere vel addere debuiſſem. Reſpondeo hoc ideo à me factum 1. vt permanens intra terminos profeſsionis meæ, alijs anſam increpandi auferrem. 2. quia aliorum Imperatorum Iuſtiniani prædeceſſorum edicta non ita alibi eleganter conſcripta inueniuntur, quemadmodum in Iure Iuſtinianæo, vel inuenias licet, ita tamen loquuntur, vt ex ijſdem pro Catholica fide pauca colligere poſsis. Quid ſi loquantur? nũ ſectarij iſtis fidem adhibebunt? Imo, vti ſolent, conficta vel apocrypha dicent. Vnde volui producere Iuſtinianum Imperatorem; qui, *vti iam dictum*, teſtis omni exemptione maior pietate atque ſapientia omnes, quotquot vnquam imperarunt, ſuperauit *d. Nou.*140. cuius ſcripta quotidie Iuriſſtudioſi voluunt atque reuoluunt, quibus ſatis ſuperq; docentur, modo plane cæcutire noluerint, olim in Catholica Eccleſia non aliam fuiſſe fidem, quam etiamnum ſit hodie in SS. Romana Eccleſia. 3.

Poſtremo nihil obſtat, ſi dixeris quid ad Principem attinet tractare de ſpiritualib. Nam *Nouell.*6. *Quomod. oport. Epiſc. &c. pr.* dicitur. quod imperiũ debeat præſidere humanis atq; præſidere terrenis, quia reſpondeo quemadmodum reſpondet, Gl. *in d. Nou.6. verb. ſancimus*, quod ſacratiſsimus Imperator Iuſtinian. nihil inueniendo de nouo vel cõſtituendo ponat, ſed recitando ſacras regulas, *dict. Nou.6. in fin.* contra quas ſi quis fecerit, imponit pœnas ibidẽ. Vel dic quod autore Papę facit, *l. inter claras.*8. §. *reddentes pr. C. de ſumma Trinitat.* Vel hoc faciendo ſtatum reipubl. tuetur, cum interſit reip. ſacerdotes eſſe honeſtos, à quibus abſolutionem pecca- 4.

An principibus ſpiritualia tractanda.

peccatorum petimus, *d.l.inter claras* 8. *Nou.*133.*c.*5. *per tot.*Et ſacroſanctas eſſe Eccleſias:Nam in ijs veniam petimus peccatorum *Nou.* 117. *vt liceat matri & auia,&c.c.*15.*§*.1.& fidei noſtrę Inſtituta perdurant,*l.ſi quis* 10.*C.de hæretic.& Manichæis.*

5. Quibus adde quod ſcribit Tilmannus Bredenbachius in Via Regia Ioannis Fabri: vbi ad poſtremam hanc obiectionem ſic reſpōdet: Quod ſi quis hanc meam operam velit illudere (nam ipſe quorundam Chriſtianorum Imperatorum reſcripta, pro confirmatione articulorum Catholicæ fidei, ibidem ex Iure Ciuili adducit,)quaſi leges Imperatorum Ciuilium ad Eccleſiaſticas controuerſias decidēdas nihil pōderis habeant, miſcere me profana ſacris,vnguento lentem: illius tam temerariū & petulantem inſultum non ſimplici ictu,nec vno ariete facillimè retudero, labefecero, immo in ipſius torquentis caput retorſero. Quid enim eſt, quod crebrius declamitant hæretici, quam Regibus & Principibus curam Eccleſiarum à Deo commiſſam?illos eſſe Paſtores animarum? Et cum pientiſsimus Imperator Conſtantinus in Controuerſia de Cæciliano, & rebaptizatione inter Donatiſtas & Catholicos,non auſus de cauſa Epiſcopali iudicare,eam diſcutiendam atq; finiendam Epiſcopis delegauerit:& Iuſtinian.Imperator in Auth.Quomodo oporteat Epiſcopos,&c.§.1.duo diuerſa eſſe munia à Deo hominib.data aſſerat, Sacerdotiū & Imperium: & idem Iuſtinian.ad Ioan.Pontificem dicat:Non patimur quicquam, quod ad Eccleſiarū ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum & indubitatum ſit,quod mouetur,vt non etiam veſtrę innoteſcat ſanctitati,quæ caput eſt omnium Eccleſiarū &c.Hęretici tamen Pontificibus & Epiſcopis relegatis,Principes ad Eccleſiarum gubernacula nolētes volentes cogere volunt, & cum Eccleſiaſticis cenſu-

An regibus & Principibus cura Eccleſiarum à Deo commiſſa.

cenſuris vrgentur, ad Principes appellant. Cum præterea Paulus Apoſtolus mulierem in Eccleſia loqui non permittat & Vlpian. fœminas ab omnibus officijs ciuilibus remotas eſſe debere reſpondeat, eoq; nec Iudices eſſe, nec magiſtratum gerere poſſe: Itemq; impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debere abſtinere: Illi tamen puerũ & mulierem iuxta abſoluere poſſe, atq; Papam: Mulierẽ eſſe caput Eccleſię plenis buccis crepant, videlicet vt his ſuis tám monſtroſis opinionibus egregiè demonſtrent, ſe vna cum Catholica fide omnem pudorem & humanitatem, immo mentem & rationẽ ſemel & ſimul exuiſſe. Si igitur omnino volunt Principes eſſe iudices, ſi ad ipſorum Cõſtitutiones appellant, reſpondemus cum Auguſtino, vt audiãt Principes & Principum Conſtitutiones. Si eas ſatis efficaces & idoneas ad Catholicam fidem oppugnandam exiſtimant, eaſdem in ipſos iaculatores retortas ad defenſionem nihil valere putabimus? Quæ, obſecro, hunc tam barbara morem permittet patria? Patere legem, quam ipſe tuliſti, immò audi Romani Prætoris edictum: Quod quiſq; Iuris in alium ſtatuerit, vti ipſe eodem Iure vtatur: non enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, inquit Papinianus in l. non debet, de reg. Iur.

Omnia SS. Romanæ Catholicæ Eccleſiæ Iudicio & cenſuræ ſubiecta ſunto.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Errata.

Pag. 72. verſ. 16. lege Angelis. pag. 75. verſ. 21. lege eligi pro ordinari & in margine eligantur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google